

Rudolph Goclenius Bernhardus Brantius

Theses Apologeticae Oppositae Disputationi Primae Et secundae M. Casparis Finckii in Gymnasio Giessensi Logices & Physices Professoris ordinarii, quas opposuit disputationi cuidam in Academia Marpurgensi habitae de Analogia Sacramentali deque fractione panis

Marpurgi: Kezelius, 1606

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788981323>

Druck Freier  Zugang



95-

52^b. 6.



Ka 1092 (95.)

Tomo hor. XLVII. . continentur:

1. Dihem Icarus Academicus Norimb. 1643.
2. Actuatione preceptivas Academia Genesia cum eo ea
descenderet idem Dihemus.
3. } Orationes inaugurales Academie Liuduenensis Batavorum.
4. } Polyandri. Waldei. Anno 1620.
5. } Thysii.
6. } Hoenni.
7. } Sinapis.
8. Ravii Pancoynia. Orientaliby linguis Trajecti 1643.
9. Hier. Welleri Consilium de Scholis Theol. Rostoch. 1617.
10. Simile D. Joh. Quistorpii Rostoch. 1643.
11. Iusti Ione oratio de codem arguento. ibid. 1644.
12. Dan. Hemsii. Homilia in Natalem Domini. lugd. 1613.
13. — In Christi Passionem. ibid. eod.
14. Quistorpij de Vinibus liberi arbitrii eo II. Cor III, 4. s. 1645.
15. Samhauen. Domini Gloria crucifixus. 1633.
16. — De Melchisedec e Gen. xlv. 1634.
17. Jacobus Martini de Causa Peccati. 1639.
18. — Analysis Capitis Vnde Romanor. codem.
19. Dorschaeus De istis testimoniis in Terra. 1635.
20. — De Peccato originali. eod.
21. — Synopsis Theol. Zachariana.
22. — ad Hebr. viii, 8. 1643.
23. — ad Act. xv, 27. 28. 1646.

24. D. Mentferus de Ecclesia. 1608.
 25. I. Hammenig de Persona Christi. 1645.
 26. D. Cothmannig de Predestinatione. Rostock. 1692.
 27. — . Part II. —
 28. Io. Crois de Orthodoxæ Fidei Delectu Marp. 1619.
 29. — . Vano. per Europā Doctrinæ cum Script. S. conformitas.
 30. — . De Apostolici nominis causis.
 31. — . De Apostolita Patriarcharū Wang. Doctrina.
 32. — . De Catholicismo Eccl. Evangelice.
 33. — . De Antiquitate Relig. Evangelice.
 34. Gocklenii Theser Apologetica contra Finckium. 1608.
 35. — . De Analogia seu proportione.
 36. Perzelius de S. Cœna. Stenferti 1602.
 37. Toffani Theser contra Evangelicos. ibid. 1605.
 38. Ravenspergeri Samson redivivus. ibid. 1614.
 39. Helydri Exercit questionum Theol. Marburgi. 1611.
 40. Egilini de Generali Eccl. Insti. ibid. 1608.
 41. — . De Fide justificante. ibid. 1617.
 42. — . De Pectato in Spiritum S. cod. 44 B. Crois de Poë
doxapostolo.
 43. — . De Predestinatione. ibid. 1619. Poëtum
Compendium de non existentia Pontificis in cultu Turhani.
 44. Connug Vorstig de Idololatria Pontificionis in cultu Turhani.
 45. — . Etie. Stenfurt. 1608.
 46. — . De Idololatria coram in cultu sanctorum.
 47. — . — . In cultu magnum.
 48. — . — . In cultu ipsius Pontificis.

49. P. Petri Rostki Soc. Jes. disputatio Paradissaca
50. Conradii Vorstii Oratio Thyslopetrica in
pleno confessu ordinum Hollandie et Westfaliae ha-
bita. Rostocki. 1612.
51. Ebelius de Generatione et Corruptione Hum.
Gesue. 1646.
52. — De Animæ Hum. Similitudine. 1644.
53. — Decade IV. Conclusionum Metaphysicarum. 1646.

A - A

16

35

30

A - C

20

40

A . B

A . B

35

P . 36

A . 30

A - C

A - D

A - B

A - S

A - F

A - G

A - H

A - I

A - J

A - K

A - L

A - M

A - N

A - O

A - P

A - Q

A - R

A - S

A - T

A - U

A - V

A - W

A - X

A - Y

A - Z

A - J

A - C

A - C

A - C

A - C

65

A - C

48

A -

16

A -

A - C

A - C

A - C

A - B

A - K

51

24

24

20

THESES

APOLOGETICÆ

OPPOSITÆ DISPUTATIONI PRIMÆ ET
secundæ M. CASPARIS FINCKII in Gymna-
sio Gieffensi Logices & Physices Professoris ordinazij, quas op-
posuit disputationi cuidam in Academia Marpurgensi
habitæ de Analogia Sacramentali deque fra-
ctione panis.

Quæ

INTERVENTU DIVINI NUMINIS

Sub præsidio

CLARISSIMI

PHILOSOPHI D. M. RODOL.
PHI GOCLENII, PHILOSOPHIAE
PRACTICÆ PROFESSORIS IN INCLYTA
Academia MAURITIANA discutiendas
publicè proponit ad diem XIX. Martii Anni
M. DC. VI.

BERNHARDUS BRANTIUS

CLIVO-VESALIUS.



Marpurgi è Typographeo Guolgangi Kezelij.

ILLVSTRI ET GE-
NEROSO DOMINO, DO-
MINO BALTHASARO A MILEN-
DVNCk, BARONI & DOMINO in Fronenbrück/
Schonaw/ & Wärden/ u.

UT &.

CUM ANTIQVO NATALIUM SPLENDORE, VIRTUTUM Q;
decore nobilissimo, tum pietate imprimis exultissimo
viro. D. Iohanni à Biland, Domino in Spaldorp / Illustrissi-
mi Cliviæ Juliae & Montium Ducis, consiliario fidelis-
simo & Satrapæ in Genep dignissimo.

NEC NON

AMPLISSIMIS, CLARISSIMIS, & CONSULTISSIMIS VI-
RIS D. Iohanni Pottgießer I. v. L. eiusdē principis con-
siliario, & ærarij præfecto.
D. Iohanni Groin, Florentissimæ Reipub. Vesalianæ
scabino optimo.

ATQ; ADEO

ERUDITIONE PRUDENTIA & MORIBVS LAU-
DATISSIMIS VIRIS D. D. Werner & Ot-
thoni Brecht, fratribus germanis. } LL. C.
DD. Iohanni Bremkenio alias Kün & An-
tonio Fabritio patritijs Vesalianis.

Dominis, Fautoribus, & patronis meis
debita observantia prosequendis,
dicat exhibet auctor & R.

EIUS-

EXALTA DOMINUM NOME

IISDEM SALVTEM.

Non te fugit Illustris Domine Baro, Nobilissime D^r Bilande, vosque amplissimi, consultissimi, doctissimi, lectissimi
mique viri: Non inquam vos fugit hac postrema mundi
senectas sub inde exoriri homines, sue & aliorum quietis
inimicos, qui contumelius & convitiis ceu quibusdam facibus subje-
ctis, nova contentionum incendia excitare conantur. Hujus rei spe-
cimen nobis exhibuit disputatio nupera Finckiana, quam temere
& impudenter neglecto archinauta, mihi opposuit, in quibus novi-
bilis: sed veteres & jam pridem rancidas suorum calumnias & rationes
putridas re coquit, non memor disserendo non calumniando, rationibus
non convitiis Theologo disputandum. Visum autem est cordatis quam-
plurimis, usque veritatis amantissimis, me nihil alienum ab officio fa-
cturum, si novum hunc adversarium (ut se vocat) ne falsa quadam spe
victoria sibi blandiatur, cum idem argumentum prius tractaverim,
n^orum certamen ingredientem exciperem, ne forte meo silentio qui-
busdam videar scutum ad tergum rejicisse. Itaque adornavi responsio-
nem hanc desumptam maxima ex parte ex prestantissimorum Theolo-
gorum scriptu, in qua ad omnes & singulas ejus partes respondeatur, ne
d^rere possit me quedam dissimulasse ac prateriisse, eo quod idonea re-
sponsione destituerer. Quod auctoritatem Lutheri attinet, eam ideo
non adduximus, quod ea veritatem nisi illa ex parte vellemus: sed ut
adversus eos quoque valeret, quibus alioqui religio est quicquam im-
probare, quod non ab illo improbetur. Hanc autem apologiam meam
cum doctissimi hic viri nonnulli, cum ipsa veritate congruere vidis-
sent, editione & discussione sub praesidio Cl. viri D. M. Rodolphi Goc-
lenij fautoris & preceptoris mei honorandi, dignam judicarunt. Cum
itaque omnibus ad editionem apparatus, deliberatum certumque esset
hic meam opellam alicui consecrare, sub vestro nomine fautores in

publicum prodire volui, ut tales haberem instituti mei patronos & de-
fensores, qui contra zoilos & Momos tueri me & defendere possent.
Tum beneficia vestra, quæ grati animi est agnoscere & celebrare, hic
me impulerunt. Benigne itaque hanc meam demissam compellatio-
nem ut accipiatis, obsecro, ac oro filium Dei assiduis gemitibus & votis
ut vos diu Ecclesia & Reipub. florentes & stodiat, simulque in hac ult-
ima & dilira mundi senecta majores Ecclesiarum dilacerationes a-
vertat, & pium agmen, retinens doctrinam puritatem & veram invo-
cationem protegat. Valete patroni observandi, meque vobis cura esse
patiamini. Dabam prid. Kal. Feb. Anno 1606. cuius ut ingressus
felix V. H. fuit sic & ejus catastrophen salutarem vobis precor.

Vestr. Generos. & Ampli-
tud. demisse colens
Bernhardus Brantius
A. & R.

CLA



D. M. CASPARO FINCKIO. S.

M Olestæ multis nominibus (Finckio) tuæ mihi antitheses fuere, quod videbam ab eo illas profectas, quo cum antehac amicissime vixi, tum quod plenas illas amarulentia & felle mixtas conspicerem. Convitiis enim & contumeliis adeo petulanter rem agis (ignosce si id quod res est dicam) ut me & alios humanitatis studiosos tui pudeat. Necessario vero ad depellantas tuas injurias respondendū mihi fuit, præsertim cum à te fuerim laceritus, ne habeas quod gloriari possis, quasi fugato profligatoq; , me invito palmam retuleris. Sed addo hanc protestationem: si imposterum simili modo me infestaveris, tuis occentiunculis neutram aurem me esse præbiturum, ne res in infinitum abeat. Et ecce cum jam coronidem primæ tuæ disputationi imposuisse, præter spem secunda tua advolat. Sed bone Deus an non hoc est crambem bis coctā apponere? Interim ut Sinoniæ tuæ artes magis magisq; pateant brevissime de quibusdam te monebo. Sic itaq; habe.

Megalandum tuum Lutherum licet horridiores phrases s̄epe multumq; inculcaverit & repetiverit: tamen comodus illum sensisse testatur. Clarissimus Theologus Casparus Cruciger in Epistola quadam ad Vitum Theodoricum, scrip̄ta Anno 1544. 7. Septemb. & Martinus Bucerus in Colloquio quodam cum fortissimo heroe Landgravio Philippo habito.

Disputatio de Analogia

2. Imo consensisse illum in Analogiam Sacramentalem, apparet ex Thesi nostra 62. De fractione panis agetur Thes. ii. quanquam locus in lib. de abrog. Miss. privatæ Tom. 2. W. p. 254. b. contra omnem tuam sophisticam hic sufficere debebat, cum ait, *Quid est frangere nisi in multa partiri quid dare nisi PARTITUM aliis distribuere.*

3. Ut autem dolus, inversiones, perversiones, elusiones tuæ in citatione testimoniorum veteris & eruditæ Ecclesiæ appareant: Sic brevibus accipe. Non dum hic disputari de necessitate fractionis: sed de ejus sana intelligentia. Ignatius agit de *uno pane pro omnibus confracto*. Respondeo itaq; ad primam tuam exceptionem, illam simpliciter inficiando vid Thes. 67. & 71. 2. i. Patrum regula sic habet quæcunq; dicuntur contra fidem & bonos mores, figurata esse cognoscas qua regula te constringere possemus in pugna de τῷ ἐντῷ II. est hoc contrariū fidei recedere à Christi præceptis. III. Bonæ res neminem scandalizant nisi malam mentem. Tertul. lib. de veland. Virgin. 3. i. Argumentum hoc tertium quo hic utitur Ignatius tuas nugas evertit. II. ablegamus te ad thesin 78. ubi explicatur qua ratione panis dicatur unus. 4. Ac notare hic fractionem comminutionem, ipse textus demonstrat. Si enim unus integer panis omnibus distribuitur, singuli unum integrum panem absument, quod absurdum. Quid enim reliquum erit Paulo, si petrus integrum acceperit? quid Johanni?

4. Ad effugia quæ affers ut eludas dictum Irenæi sic respondemus. i. idem respondeo quod supra 2. committis elenchum hetero z etheseos vid. Thes. 71. 3. Manducatione tantum augetur carnis nostræ substantia, verū illa fieri absq; distributione & fractione non potest. Vid. Thes. 29. 30. 31. 4. hic forex suo-judicio perit, concedis enim frangere antiquati idem esse quod comminuere. 5. i. Deducere inconveniens

ens

'Sacramentali.

ens non est sol vere argumentum II. factum est illud ex consuetudine regionis 6. Argumentum à Testimonio humano negative non procedit. 7. Idem etiam nostra Ecclesiæ observant quam primum enim panis fractus distribuitur, percipit verbum Dei.

5. Dictum Augustini breviter etiam expediemus, interim denuo monendus nondum de fractionis necessitate disputationi: sed tantum de ejus significatione. I. Ad secundam partem sic primo respondeo, tuo te jugulas gladio, cum Christū vere panem fregisse agnoscis. II. Nec ex accidente factum, cum divina auctoritate & peculiari mandato HOC FACITE illa quæ faciebat circa panem, à vulgari usu sequestrarit. 2. i. Committis crimen falsi, verba enim Augustini sic habet: Panis ad distribuendum comminuitur II. Unius rei plures possunt esse fines. Sic fractionis finis non tantum est distributio: sed & significatio. III. Imo ipse Augustinus panem ad significationem comminui disertis verbis fatetur vid. Th. 33. et 76. 3. Est elenchus similium, facis enim similia quæ dissimilia sunt. Distinguimus enim inter circumstantias & actionem ipsam vid. Thes. 69. III. Fractio quoties non simpliciter ponitur, sed ei adiicitur distributio notat communionem in multas partes: si minus contravid. Th. 27.

6. Quartam auctoritatem ex Cyrillo adductam, sic vindicamus. I. Imo necessario calix est circumferendus, id est dandus & distribuendus omnibus 2. Vide Thesin proxime precedentem 3. i. Ridiculum est, quasi vero vos habeatis veram fractionem, cum cocus, vel pharmacopœus ex lamina farrea (non ipse minister) numulos excidat? II. tum agitur de fractione quæ sit præsente Ecclesia 4. Et quid quæso est fragmentum? annon rei fractæ pars? Si dedit fragmentum panis, integri alicuius panis fracti partem dedit. 5. I. Elenchus à particulari Gen. quadragesimo secundo v.i. Accipitur aliquan

aliquando pro frumento & omni cibo : ergo & hic eodem modo accipi debet. 11. Cur non omnis generis cibos etiam in administratione cœnæ adhibetis si hebræum attendi vultis , cum quemvis cibum Hebræi panem appellant. 6. 1. Est Elenchus comparationis,cum Ignis nunquam pro purgatorio accipiat. Fractio vero propriæ si reddatur communionem significat,te iudice. 11. Petis principium. 7. Theologi nostri nunquam in eam sententiam iverunt, ut ipsam præsentiam negarent, sed modum illum crassum culparunt. Substantialiter itaque adest Christus, si per substantiam carnis veritatem præsentia intellexeris I. Quid si corporaliter præsens esse dicam? parum tamen te juvabit: Cum eodem sensu sumam quo dicitur tota divinitas habitare in Christo corporaliter i. verè. Nec omni modo præsentiam ex pane tollimus, cum mystice id est sacramentaliter in pane sit vid. Th. fin 72.

7. Thesi decima tertia fore se prodit quod ut videas sic habe. 1. Idem respondeo quod ad priora 2. verba Dionisij sic habent, Opertum inquit & individuum panem aperit in *frusta concidens*. 3. Tertium tuum effugium virulenta blasphemia est in filium Dei. Quomodo enim quod ipse Christus nobis commendavit suo exemplo, quod faciendum mādavit, quod observavit pia antiquitas, Calvinisticum vocare iure potes? Facebat itaque hæc tua calumnia, vinçat pietas , & id quod res est agnosce. Sed videamus quam egregie effugium tuum confirmes: Respondes, agere Dionysium de fractione quæ res sit adiaphora, &c. id nec ex contextu nec ex circumstantiis ullo modo deduci potest. Imo nimis levia sunt tua argumenta quam ut indifferentiam evincant. 2. Tuo te laqueo capis. Agnoscis agere Dionysium de integrō aliquo pane qui concisus & divisus postea fuerit, quod e diametro pugnat cū proxime præcedenti Hebraismo. In illo contra genuinum

fractionis

Sacramentali.

fractionis sensum, per distributionem eandem explicas, hic propter consuetudinem, id factum vis. Cur non propter eandem consuetudinem & panis distributionem, acceptiōnem, esumque rejcis 3. Ut aperta magis sit sententia nostra, respondemus esse fallaciam causæ. Quod enim Christus fregit panem, non id factum more Iudaico, sed sublimius aliquid spectavit is, cuius exemplum merito nostra regula esse debebat. Sed attextis : Fractio Christi est solennitas in qua a mactatore & crucifixore Christi panis elevatur, ut fidelis anima hoc modo ob oculos ponat sibi crucifixionem Christi. 36. O atrocem calumniam! sed vide ne in proprium sinum hæc tibi aliquando sputa recidat. Quid enim hoc aliud est, quam Christum qui panem fregit, & per fracti panis distributionem, mactati sui corporis comeditionem significavit, sui ipsius mactatorem & crucifixorem appellare? Verum non hæc digna sunt quæ verbis refutentur: sed relinquimus ea iudicio divino. Eius enim in cuius ore dolus inventus est nunquam, quique sapientiam in sinu patris acceptam nobis aperuit, verba certissima fallere nos non poslunt, qui panem dixit corpus suum *quod pro nobis frangitur*. Vid. Thes. 34. Nec elevatur a nobis panis, ut tu malitiose nobis affingis, sed panis acceptus fractus distribuitur. 41. Regulam omnib. etiam in trivio notam repetimus: Unius rei plures possunt esse fines subordinati 11. Augustini verbis ad rauim usque iam aliquoties repetitis te constringimus III. Imo geminum mysterium fractionis agnoscit Apostolus, nempe lacerationem corporis Christi in cruce, pro nobis, cum dicit *Quod pro nobis frangitur* & dilectionem mutuam participantium de uno pane, cum dicit, unus panis unus corpus multi sumus, quia omnes de uno pane participamus. IV. Quid: quod ipse Dionysius agnoverit mysterium in fractione, tam est in procli- vi, quam pluvia cum est imber. Sic enim Eccl. Hierarch. ca. 3.

A

Spe-

Aspectui subiicio opus redemptionis tuae passionem per fractionē panis.
 Quid vero sibi vult insolentia tua, cum optimo illi seni, contumeliaz causa obiicis & exprobras senectutem suam. Considera ^ī quod Agato tragicus poëta monet. Ver non tantum esse bonorum optimum: sed & autumnum. Et ex praecepto Bionis disce, nemini exprobandum esse senectutem, ad quam optant omnes pervenire. Absurdum enim est alijs probrodare, quod quis sibi optat contingere Laert lib. 4. c. 7. Expende tecum constantissimi viri jobi memorandam sententiam, quam reliquit nobis cap. 12. v. 12. cum inquit. In decrepitis erit sapientia & in longitudine dierum intelligentia. 5. 1. Supra responsum est hoc fieri nempe per accidens. II. tum scandalum est acceptum non datum III. & si ratio hæc scandali habenda esset, omnis reformatio Ecclesiarum intermitenda esset: imo Papatus ne minima quidem parte attingendus aut corrigendus fuisset 6. petis principium. Intetim pro confesso hoc iterum à me accipitur, cum circumstantiam principalis actionis asseris. Est autem fractio non pars essentialis: sed integralis, quia ea sublata essentia manet: sed non integra & perfecta 7. Quam elegans sit harmonia inter nostram fractionem & ipsius Christi atque adeo antiquitatis, judicent alij, qui sobrii sunt, quique propriis affectibus valere iusserunt.

8. Dictum Chrysostomi eodem modo pristino suo notori restituamus 8. itaque primo eadem cum superioribus. 2. per fractionem intelligere illum communionem sic prohibeo, quia fides Christiana est Christum pro nobis frangiri, id est immolari, mactari, crucifigi; non vero pro nobis distribui. Urgeo enim hoc ipsum, cum inquit, Christum in oblatione sustinere se pro nobis cōfringi. 3. Bona fide citatur. 4. Est elenus consequentia. Nec enim procedit argumentum à negatione unius speciei ad negationem generis. Os Christo nō

est fra-

est fractum: ergo nullo modo est fractus cum ipse D. Cyprianus alias species fractionis agnoscat & quidem in cruce factas. Diabolico n. more quæ præcedunt recitas, quæ pone sequuntur tanquam pestifera tibi præteris. Hæc enim paulo post leguntur. Propter hoc corpus (intelligit Christi) non sum ego amplius terra & cinis, non sum amplius captivus: sed liber, propter hoc spero me accepturum cœlos & omnia bona quæ in eis sunt, vitam immortalem, Angelorum conditionem cum Christo consuetudinem. Hoc corpus C L A V I S CONFIXUM & flagris cœsum non tulit mors. Hoc corpus in crucem actum cum vidisset sol, suos avertit radios. Propter hoc & velum tunc scindebatur & petra rumpebatur & terra quatibatur. Hoc est illud corpus quod fuit cruentatum quod LANCEA PERCUSSUM & salutares emisit fontes universo orbi terrarum, unum quidem sanguinis alterum vero aquæ, &c. Agnoscit hic D. Chrys. corpus Christi in cruce clavis confixum & lancea percussum fuisse. Quia igitur fraudulètia tu negas Christicorpus in cruce fractū: s. illogismus à te propositus nō est noster, cum nō diffiteamur quicquid fit pani id ipsi corpori accidere. Vid. confirmationem primam, partis secundæ. 6. Chrysostomi locum i. Corinth. 11. homil. 27. depravas. Sic enim Brixius legit. Si igitur tu accedas propter Eucharistiam (id est gratiarum actionē) tu quoque nihil facias indignum Eucharistia seu gratiarum actione, neq; fratre pudore afficias, nec esurientem despicias, ne inebrieris ne Ecclesiam afficias contumelia, accedis enim gratias agens pro ijs quæ adeptus & tu ergo par pari referas, ne te abscondas à proximo. Etenim Christus omnibus ex æquo dedit, dicens accipite comedite. Ille corpus ex æquo dedit tu autem ne pñem quidem communē das ex æquo Etenim pro omnibus similiter est fractus & ex aquo factus est corpus pro omnib. 2. 8. corpus pro nobis distribui nō dicit Chrys. 3.

Sensus dicti hic est Vos Corinthij quoties cōvenitis panē ex æquo distribuetis, non erit prærogativa inter vos Argumen-
tum tertium, quia Christus æqualiter panem dedit. 2. quia
pro omnibus similiter est fractus id est, laceratus mortuus.

Corpus Christi in cruce fuit fractum & non fuit fra-
ctum. Fractum si ad apertio[n]em manuum & lateris percussio-
nem intelligas, non fuit fractum, si contritionem ossium spe-
ctes. Hoc argumentum est insolubile fremat licet orbis & or-
cus. Vinum calicis est sanguis Domini effusus pro nobis in
remissionem peccatorum in passione & morte & cruce: non
in altari ligneo vel faxeo. Ergo & panis cœnæ est corpus Do-
mini pro nobis fractum in remissionem peccatorum in pas-
sione morte & cruce, non in altari ligneo vel faxeo. Ratio cō-
sequentia est in his canonibus. Aristoteles, cum duo duobus
similiter id est pari ratione insunt, si insit alterū alteri, etiam
relicuum reliquo inerit. Et si quid unum duobus simi-
liter tribuatur, aut tribuendum videatur, si alteri tribuatur
etiam reliquo tribuetur. Contra cum duo duobus similiter
insunt si alterum alteri non insit nec reliquum reliquo in-
erit, & si quid unum duobus pariter tribui aut tribuendum
esse videatur, si alteri non tribuatur, nec alteri tribuetur. Si
itaque corpus Christi fractum esse in passione morte & cruce,
non tribuitur pani sacramentali seu potius testamentali:
ergo etiam sanguinem effusum esse pro nobis in passione
morte & cruce non tribuetur vino testamentali. Falsum po-
sterius ergo & prius. Ad absurdā itaque tua sic respondemus.
Ex eodem ore contraria prodeunt, modo negasti corpus
Christi fractum esse in cruce, hic apostolum digitum inten-
dere in crucem concedis 2. Quæ sit analogia inter fractum
panem & fractum corpus modo explicavimus. 3. Est analogia
inter panē proprie fractū & corpus proprie fractū. A qui
pollentes n. sunt hæ propositiones hoc est corpus meū, quod

pro

Sacramentali.

pro vobis traditur & hoc est corpus meum, quod pro vobis
frangitur. Traditum autem est pro nobis Christi corpus in
cruce ergo & Christus fractus est in cruce.

9 Cypriani locus est manifestus. 2. Non queritur de fra-
ctione quæ sit extra Ecclesiæ conspectum. 3. Vim facis verbis
sanctissimi martyris, confundis enim subordinata disiuncta
causam nempe eum effecto. 4. Id ut manifestum reddatur
urgeo proprium & nativum vocis usum. Quid enim aliud est
partiri quam partes facere dividere? Quid distribuere? quam
partes factas aliis communicare?

10 Erasmus apertè distinguit inter fractionem & distribu-
tionem, si enim ex fracto pane cuique dabatur particula, ne-
cessario præcessit fractio distributionem, tanquam causa ef-
fectum. 2. Num probavit Erasmus *proxereniar tuam*? 3. Illa ver-
ba non pauci de Agapis Christianorum intelligunt. Tum est
elechus in cōsequentia. Non, n. sequitur Actor. 2.v.46. fran-
gere idem est, quod distribuere, ergo ubique agitur de
fractione id intelligendum de distributione. Imo quoties
fractio illis in locis quæ plerumque contra nos affertis sim-
pliciter ponitur, duplē actum notat, vid. Th. 27.

11 Lutherus aliter atque aliter defractione docuit. Anno
22. fassus est frangere nihil aliud esse quam partiri in multas
partes, ut videre est ex lib. de abusu Missæ Tom. 2. Jen. tum ex
libello de abroganda missa privata. Licet autem anno 25. &
28. stylum inflexerit: tamen videndum est utra sit verior,
quæ & qualia sint utriusque partis fundamenta. Priorem fun-
davit in exemplo Christi, eiusque mandato, de quibus tertia
parte prolixius agetur. Posteriorem Hebræismo tantum
confirmavit vid. thes. 27. Nos priorem sententiam ut certam
& immotam sequimur, posteriorem ut lubricam deserimus.
Tum consideranda relinquimus eius verba Tom. 7. wit. fol.
358. eiusd. lib. de abrog. missæ. *Wen auch wir seit stan/edere in En-*

gel von Himmel euch anders predigen/Wie wir geprediget haben/so sey es vermaladeyez also sag ich euch alhier. Du must also fest vnd gewiß auff Gottes Wort in diesen sachen/ vnd allen andern dich bewen/ das ob ich schon selbst zum Narren würde / (da Gott vor sey) das du darumb nicht dawon tretest/ sc. Verum occentiunculae tuæ diluendæ sunt i. Respondet tibi ipse Lutherus in eod. lib. von bieder Gestalt zunemen. Tom. 7. W. G. memoria enim modo nos fellerat) pagin. 358. Es fehlet nicht an rechte sondern an leuten & p. 360. ja es ist das gesetz des Papstes so tieff ein gesetz das wir die alte Schleuche vnd Wahß nicht können all bey seit thun / wir müssen es noch ein zeitlang im alten mißbrauch gehen lassen / bis die Wahß mehrentheil neu werden/ vnd das Euangelium wol unter die Leute komme. 2. Lutherum priorem suam sententiam retractasse luce quidem meridiana clarius sed videndum quam recte. 3. Doctissimum argumentandi genus. Christus argumenta pro resurrectione mortuorum opposuit Saducæis illis priscis, ergo hodiernis Epicureis non licet. Seu Augustinus de Baptismo infantum contra Donatistas olim docuit, ergo eadem illa argumenta ad enodandas argutias anabaptistarum, aptari non poterunt. Bellum profecto argumentum.

Quis itaq; non videt fumum te vendere simplicioribus cum dicta patrum non juxta proprium & genuinum illorum sensum, sed juxta tuam mentem intelligas? Sed pius etiam deflectis ad ea quæ minime controversa sunt & aliena. Imo quoties novam aliquam sententiam proponis, coties tibi contradicis. Et ut manifestum sit non trahi a me & cogi patres (ut à te fit) in hanc vel illam sententiam non unum aliquæ (quod notare te velim) & sigillatum allegavi: sed plures simul, ut ex singulorum collatione veritas magis illuceleret. Atq; hæc sunt de quibus te breviter monendum putavi. Non enim dubito alias prolixius hanc materiam tractatueros. Unum restat quod rogatum te velim, si mica pristinæ nostræ conjunctionis & familiaritatis in te reliqua, provideas, sepositis affectibus & simultatibus, quæ animum vincunt, insisterum omnia agas. Imprimis labora & elabora ne ut in prima tua disputatione a Bacchanre illo factum, quippiam, quod conjunctum esse possit cum contumelia illustriſſimi nostri & clementiſſimi principis, & tuorum simul & meorum præceptorum inveniatur. Vale, dabam Marpurg 24. Feb. Anno 1606.

T. Q. D.

B. B.

AD

A D I L L V S T R I S
S I M U M P O T E N T I S S I =
M U M Q U E P R I N C I P E M E T D O M I -
n u m D O M I N U M M A V R I T I U M H a s s i x Landtgravi
u m , & c . H e r o a c l e m e n t i s s i m u m .

προσφωνησις
Salve, M A V R I T I, Catorum maxime Princeps.
Gloria Magnatum, lumen Germanidos ora,
Imperii columen sacri, fiducia Regni,
Europe sidus, magni admiratio Mundus!
Te veniente, venit nobis divina sereno
Religio vultu, genuinae conscientiae formae.
Haelenus obscuru sua temporaluxit amictus
Innumeris violata modis. Nec defuit usq;
Pontificum studiis velata Idololatria,
Insignis faciem, nebulosaque pectus, at intus
Quam scytale format monstro maculosior omni:
Nec vulgi leve iudicium, quod in omnia præcepit,
Quam lani & veri, propriæ studiosus aure.
Talia non pateris porro, Illustrissime Princeps,
Divino studio sed lapsam restituis rem.
Ergo iterum affulget Delubris illa sacratis
Candida Diva suum, te vindice, nacta nitorem.
Vos quibus hac parco contingit gratia fato,
Aspicite hunc vestrum fulgenti lumine Phœbum;
Durima quam dio pertentet corda fauore!
Aspicite augusti vim Principis admirandam;
Et simulexcelsi magnalia leta Iehova!

Vos

Vos, Charites, plenis calathis depromite flores:
 Vos, Musæ, gratis calamis describite laudes.
 Sed neque sat florum Charites depromere possunt
 In tantum pura de religione triumphum:
 Nec possunt satis has laudes describere Musæ:
 [Ignoscant Musæ; si PRINCEPS magne, favebis]
 Te veniente, venit nobis Themis inclyta: namque
 Deserere illa latus tam diuum nescit: & usque (est.
 Te Dominumque vocat, Dominusq. vocata ministra
 Te veniente, venit nobis Pax aurea. O inter-
 Esse tuo ergo velis populo, ILLVSTRISSIME PRIN
 Gloria tu, lumen, columen, fiducia, sidus (CEPS:
 Admiratio, delectas Hominesque Deosque.
 Princeps maxime Cætorum, MAURITI, salve!

IN EIVSDEM,
POTENTISSIMI ET
 SAPIENTISSIMI PRINCIPIS, &c.
 LAUDEM,

EPIGRAMMA.

A Quales Genio; natalibus inferiores;
 Supremi quoqvis ordinis ingenio;
 Virtute invidiam; fatum pietate; saluto
 Sortem; munifico pectori diuitias;
 Consilio casus; invictis viribus hostem;
 Doctrina Doctos; & bonitate Bonos;
 Singula totius, vel in omnibus omnia mundi
 Natura donis ex superare suæ;
 Nescio quid redolet divini Numinis? immo
 In terris quid divinius esse potest?

Jona Melidei Sagan Ely.

Secu-

DE ANALOGIA SACRA- MENTALI.

1. **S**eculum hoc multum habere scientia, parum vero conscientia, non minus vere, quam eleganter, ille dixit. Præterquam enim quod in multis multa, eaque veritati consona scientibus, sumpitum illum judicii Divini sensum experientia demonstrat: etiam illis hoc ipsum accidere, qui soli puri in doctrina sacra audire & haberi volunt, videmus.

2. Proposita enim non ita pridem à nobis themata, quidam nuper ultrò, non sine iactura veritatis, publice oppugnavit. Præterquam enim quod à nemine nostrum ad certamen provocatus: sic illa constituta fuere, ne facile alicui materiam calumniandi, nobisque insultandi præberent. Tum scopus & intentio nostra non fuit, dissidia, rixas & contentiones in Ecclesia ut crearemus: verum ut nos ipsos exercitaremus & magis magisque confirmaremus,

3. Cum autem veritatis cerusso, pietatisque purpurisso pictas & exornatas illas dicat: age in veritatis præsidium & patrocinium, eius antitheses, bona fide lectori Christiano proponemus, iisque censuram nostram adjiciemus, ut perspicue utriusque partis fundamenta videat. Non n. dubitamus, hanc nostram opellā, fructuosam multis futuram.

4. Triplex vero agmen in apertum campūm contrā nos educitur. Primas tenet doctrina generalis de Analogia. quæ parum detimenti, aut nihil nobis affert. Secundas speciales ejusdem tractatio, quæ præcipue tela & jacula sua contra nos dirigit. Sub tertio militant calūniæ & obtestationes.

5. Præterita vero primipilari acie, robustissimam aggrediemur quæ pro exercitu collocata, in plura ab ipso deducitur. Distincte autem proponenda erit, ut singulorum armatura

Th.2.

B

&

& robur appareat, vbi ventum ad lustrationem & pugnam
6. Quanquam vero huic agmini præposuerit veritatem, sub cuius scuto & umbone hostem aggredi conatur, tamen tantum abest, ut ab ea iuvetur, ut potius in ipso conflitu ab ea deseratur, dum ad nostra castra illa transit.

7. Divisa autem est in duas partes: quarum altera agit de nullitate panis & potus Americani. Altera *τῆς ἀρτοκλασίας* in differentiam urget. Verum antequam ad lustrationem illarum descendamus, de titulo quædam præmittemus, qui statim in limine impingit.

8. Disputat enim contra ficitiam Analogiam Calvinisticam & Zwinglianam sic per convitum doctrinam orthodoxam vocans. Analogia vero Eucharistica Calvini hæc est. *Panis & vinum, invisibile alimentum, quod percipimus ex carne & sanguine Christi, nobis representat. Quemadmodū itaq; corporis nostri vitam panis alit, sustinet tuetur: ita corpus Christi vegetanda & vivicanda animæ, unicus est cibus lib. 4. instit. cap. 17 §. 1.*

9. Hæc inquam Analogia non est facta, non à Calvinio inventa, cum præstantissimi theologi, multis seculis ante Calvinum, eam usurparint. Videatur Quæstio nostra secunda, ubi id ipsum evicimus ex Isidoro, sicut (inquit ille) *visibilis huius panis, vinique substantia, exteriorem hominem nutrit: sic verbum Dei quod est panis vivus, participatione sui, fidelium mentem recreat. Huic convenit, quod apud August. legitur de sacris fidei librum. Quod corpus sic pascit animum, sicut panis nutrit corpus, & sicut panis triticus est una massa, ex multis granis cocta: Sic multi sunt unus panis & unum corpus, qui de uno pane participant. Idem in tractat. in Iohan. 26. Quemadmodum in hac vita integræ refectio seu nutritio corporum cibo, qui est alimentum siccum, & potu, qui est alimentum humidum constat. Ita in Eucharistia sciamus nobis proponi distinctè, ut escam & potum neque deesse nobis quicquam putemus, quod ad integræ alimoniam seu ad nutritionem nostram spiritualem pertinet.*

neat.

neat. Sic quoque corpus & sanguinem Christi & beneficia traditione ipsius corporis & effusione ipsius sanguinis parta nobis applicemus. Qui bus adiijcimus Lombardum, qui lib. 4. D. 8. D. inquit, Sicut panis præ ceteris cibis corpus reficit & sustentat, & vinum hominem la-
tificat atque incibriat. Sic caro Christi intérieur hominem plus ceteris
gratijs spiritualiter reficit & saginat. Præceptores vero tui eam
agnoverunt, magnificeque depraedicarunt. Horum genui-
nus discipulus, si habeti vis cur tantis parasangis ab ijs disce-
dis? Heming, in quæst. Catechism. de Sacram. in gener. Est
quoque obseruanda analogia signi ad rem signatam, qua nobile est aliud
quam symbolica comparatio rei visibilis & in-visibilis, qualis in Bapti-
smo clare cernitur. Nam ut aqua ablunntur fôrdes corporis: ita sanguine
Christi ablunntur fôrdes animi. Et ut carnis præputiam præscinde-
batur in circumcisione: ita vetus natura in regeneratione absindenda
est. Hanc comparationem necessario requiri in Sacramentis testatur.
August. Si Sacra menta, non haberent comparationem non essent Sacra
menta, & per hanc comparationem sacramenta dicuntur symbola si-
gnata. Idem in Enchiridio Theologi. impresso Lipsiæ Anno
1562. typis Vœgelianis pag. 296. Analogia panis ad corpus Christi
& vini ad sanguinem Christi haec est. Quemadmodum panis vim
habet ad nutrienda corpora, ut præsens vita conservari possit: ita cor-
pus Domini vim habet ad spiritu aluer nutriendas animas nostras. Et
ut vinum reficit vires, & exhilarat corda hominum: ita Domini san-
guis exhilarat animas nostras: & paulo post p. 298. Hoc Sacra-
mentum symbolum vocatur propter spiritualem fructum, qui ex eo percipi-
tur, hoc est, propter comparationem rerum terrenarum ad res coelestes
Vt enim panis & vinum exteriorem hominem refocillant, & exhilarant
in hoc mundo: ita corpus & sanguis Domini alunt, refocillâ, & ex-
hilarant internum hominem, in regno Christi, ad vitam aeternam.
Hinc Augustinus nisi Sacra menta haberent comparationem earum re-
rum, quarum sunt Sacra menta. Sacra menta non essent. & p. p. pag.
300. Ut igitur homo externus capit auribus vocale verbum, & sumit

visibile alimentum ore corporis: ita homo internus, internum verbum & corpus, sanguinemque Domini percipit. Et quemadmodum corpus externum hominis pane & vino pascitur: ita internus homo vero corpore & vero sanguine Christi (qua in effabili modo vere sacra in Cœna assunt) pascitur ad vitam aeternam. Hinc David Chyträus in commoni factione sua ca. i. Vt enim naturalis panis es, corpora nostra nutriuntur & augentur: ita spirituali gratia, efficacia seu meriti & beneficiorum corporis Christi perceptione, per fidem anime nostra fames sedatur, & vita eterna in nobis alitur, & fovetur & sitis conscientiae, astus iræ divinae accensa, extinguitur. Qua ratione patres etiam in veteri Testamento corporis Christi nondum nati, participes fuerunt. Lege etiam, si placet, Scopperum in arte sua moriendi p. 199 cuius haec sunt verba: Christum idcirco panem & vinum ad cœnam adhibuisse, ut indicaret, quemadmodum panis & vinum hominem pascunt ad vitam naturalem. sic corpus suum & sanguinem suum esse cibum & potum spiritualem, quo nos renati homines, ad vitam aeternam potemur & cibemur. Vbi nota Analogiam, quæ est congruentia seu convenientia rei ad aliquid relate esse in comparatione, seu similitudine ~~in se~~ seu effectuum. In ipso itaque introitu iniuriam facis Calvino.

5. 6. 10. Verum omissis hisce aliis tuorum impetus à nobis arceamus. 1. Imperité tua in nos törques iacula Tbel. 5. 6. &c. cum non tam de pane inter nos queratur, quam de materia eius. Illa enim cum indifferens sit, & in Ecclesiæ libertate positum sit ex triticea aut simili panem confidere, (Chemnitius Exam. concil. Trident. part. 2. pa. 170. b.) modo sit materia naturalis, usitata & nutritia, unde conficiatur verus panus, nutritioni aptus: cur nō ét illorū panis qui ex aqua & farina ita subigitur & conficitur, ut sapidus & pastioni aptus sit, admitri possit: præsertim cum propria definitio panis, quā reliquit Varro de vita populi Roma. lib. 1. illi competit? Definitio enim Pliniana nimis est lata. cum omnes' placentulas tortiles, liba,

lagana

lagana, &c. sive ex farina, lemine, faccaro, sive ex alia matetia pistas, frixa, tosta, panem appellat. Hac generali significatio-
tione, fatemur, Missaticas hostias esse panem, non minus quam olim Obeliae, Bacchi placentulae, panis nomen obti-
nebant. Proprietate vero non sunt panis, qui pastioni & nutriti-
oni aptus sit, nam sunt nutritioni inutiles, difficiles cōcoctū &
ventriculum instar glutini cuiusdam, turgere faciunt, quod
perspicere est in humigatis. Tum si consideraveris quid He-
brei panē vocent missos nos facies, cū quēvis cibūsic vocēt.
11. 2. Adhuc si finem & intentionem ipsius Christi paulo al-
tius consideraveris, cur panem & vinum potius, quam ali-
um cibum adhibuerit; comperiemus alium non subesse,
quam doceere illum velle, tam vere animam nostram nutriti-
eius corpore & sanguine, quam certo de patie & vino com-
municamus. Vide Scop. sup. Illorum itaque panis & potus
cum æque scopum hunc Christi attingat, atq; noster, cur ad-
mitti non posuit & debeat, non video. Absit autem ut Achil-
lea tua nos hasta feriat, cum & illi institutionem Christi se-
quantur, quæ iubet nos vero pane & vino uti. Illorum itaque
panis, cum verus illis sit panis, cur reijci debeat tu demon-
stres, cum subtilior sis nobis. Vinum enim cum illæ regiones
non habeant, id quod analogiam habet muneris, & virium,
ab ipsis adhiberi potest. Sufficit enim si scopum Christi attin-
gant, qui spiritualem hanc mandationem & potionem,
corporali confirmare vult. Vid. sup.

12. 3. Tum firmiter hoc statui debet, Christum ut interiorē
illam nutritionem confirmaret alium cibum & potum tum
non adhibuisse, quam qui tum Iudeis maxime usitatus erat.
Ideoque etiam credi par est, cum, si inter barbaros
versatus eset, illum panem, illumque potum, quo illi utun-
tur, adhibiturum fuisse.

13 Secundum tuum argumentum, cum larva luctatur, neq;

nos

B 3

14

nos ferit: cum & illi adhibeant verum, usitatumque panem,
naturalemque usitatum, & nutritum potum.

7 14. Tertium tuum argumentum cavillum est, disputatore
indignum. Quis enim unquam negavit panem Americanorum,
verum & naturalem illis esse panem, licet cum nostro analogiam
quandam habeat? Considera quæso Disputator, an non sit
Analogia inter panem similagineum & silagineum. Quis in-
terim dicat panem similagineum non esse verum panem?
Bellum profecto argumentum. Cur non & pistionem simi-
laginei panis, analogicam & vicariam vocas?

8 15. Sed pergis tormenta tua dislodere cur non pariter in-
quis alia, quæ verbi aut clementi vicem gerunt adhibentur,
præsertim cum & hic analogia sit muneris & virium? Cur
non cum Beza quovis alio liquore (forte etiam cerevisia Cor-
bachiana) non minus rite, quam aqua Baptizatis. &c. Abesse
debent isti lusus à serijs disputationibus. Sed videamus quam
egregie disputes. Committis Elenchum Diabolicum id est,
eodem modo allegas scripta Bezae, quo Diabolus Sacram
Scripturam. 1. Nō enim simpliciter, quomodo à te astruitur,
hoc ille affirmat: sed cum conditione. Quæ illa? Primo, ne
id temere vel novandi studio fiat. 2. Si sic postulet consolatio
& ædificatio Ecclesie. 3. si nulla panis & vini consueti haberi
possit copia. Vid. p. 22. Epist. Theol. Edit. Hano. An. 99. Aut. n.
nulla ibi administranda coena aut illa adhibenda quæ cum
nostris analogiam habeant. Non prius: cum instituta illa sit
ad recordationem mortis Christi, quæ perpetua esse debet.
Ergo posterior. Vides itaq; cōmittere te Elenchū à dicto secū
hū pd. ad dictū simpliciter. Valeat itaq; hæc tua sophistica, &
ultra Sauronatas relegateur, cū cādidū & ingenuū dedebeat.
9 16. Nec quinto arguento nos laedis. Ambabus enim
manibus illa damus. Sunt enim commentitia illa mysteria,
quæ S. scriptura ignorat. Illi itaque ritus, qui à Christo ipso

adhi-

adhibiti, qui que mysterium in se continent, illi adhibendi,
nec omittendi sunt. Hinc August. confess. pag. 161. Edit.
Witt. anno 1562. *Signa sine mandato Dei instituta, non sunt certe
signa gratia.* Hæc itaq; sit regula nostra, ad quam examinari
volumus thes. 8. 9. 10. *Hominum non est instituere signa & myste-
ria voluntatis Dei.*

8: 9.
10. 11.
12.

17. Pergamus iam ad alteram partem Thes ium, in qua agitatur de necessitate fractionis panis. Huic tractationi versus quosdam præmisseramus, qui subsequentem questionem illustrarent, quos etiam more suo carpit Disputator. Poetæ, inquit, non Prophetæ testimonium est. Utinam vero tu in tuis alienior esses à testimonio humano. Quid enim tritus in thesibus tuis, quam auctoritas Aristot. Scaligeri & aliorum: Videatur sola thesis 17. ubi 16. adducis auctoritates ex philosophis videatur & thesis 21. Imo quantitas & numerus horum, duplo maior est altero, interim audire non vult philosophus.

18. Sed ad rem. Sensus versuum hic est. Cum ingenii nostri tanta sit tarditas, ut etiam verbo Dei commonefacti, ea quæ ad vitam æternam pertinent, vix intelligere possimus: Tanta etiam sit nostra incredulitas, ut divinas promissiones vera fide percipere, nobisq; accommodare, difficilimum sit: Tanta denique oblivio, ut beneficiornm Dei memoria statim nobis effluat: idcirco Dominus ut infirmitati nostræ consuleret & succurreret, cum prædicatione verbi etiam sacramenta conjunxit, quibus fides & facilius confirmaretur, nosque ipsi in assidua beneficiorum recordatione versaremur.

19. Sed figmenta hæc dices lirippippi Zuingiani. Bona verbo quoq; so, alioquin & confessionem August. Calvinismi insimulabis. Quic illa: p. 161. *Deus simul corda per verbū & ritum mo-
vet, ut concipient fidem, sicut ait Paulus, Fides ex auditu est. Sicut au-
tem verbum inerrit in aures, ut feriat corda ita ritus ipse incurrit in
oculos,*

oculos, ut moveat corda. Hinc Luth. Tom. 7. Jenen. fol. 405. b.
 edit. Anno 81. Attamen tam est de nobis solicita diuina maiestas, ne
 erraremus, aut frustra illam queritaremus, externa & visibilia signa
 nobis concessit, quibus oculis nostris adhaereamus, ne habeamus quod
 pratendamus, nescivisse nos modum & viam, quomodo in cognitio-
 nem eius veniamus. Verba eius sicut habent: Doch ist der liebe Gott
 so sorgfältig für uns/damit wir nicht in die Irre gehen/noch vergeben-
 lich nach ihm tappen/hat er uns euss. rliche sichtbarliche Zeichen gege-
 ben/daran wir sollen unsern Ohren/vnd Augen hingen/sonst möch-
 ten wir vorwenden/wir wüssten nicht wie/oder wo wir ihn finden/oder
 nach unsern Gedanken hin vnd wider städern/wie bisher im Bap-
 tishumb geschehen/se. Darumb gibe er uns zu gut solche zeichen, daß
 man ihn nicht hie oder da suchen dorffse/vnd spricht. Siehe auff das
 Wort/tausse/Sacramente/ das ist wol alles eusserlich/ aber darzu dir
 not vnd nuß/ daß du habest ein gewiß Bild/ daran du mich könnest er-
 greissen/dann in der blossen Mayestat/würstu mich nicht erlangen/
 darumb muß ich mich in solchem eusserlichem bild dir fürstellen/ daß
 du mich fassen kannst. In postilla G. Dei hat allwegen neben seine
 Wort ein euss. rlich Zeichen gegeben/ welches uns sein Wort desto träß-
 tiger mach/damit wir in unsern Herzen gestärkt würden/vnd an die-
 sen Wort nicht zweifeln noch wancken. Et quero hic ex Disputato-
 re, cur sacramenta sigilla vocentur: An non quod fidem
 nostram, seu ea, quæ in verbo nobis offeruntur, nobis con-
 firmant: videat Luth. Tom. Lat. vv. fol. 85. in conc. De morte
 b. edit. An 50. Sacramenta sunt signa, qua fidem confirmant, & qua
 nos ad credendum invitant. Breviter alegamus Disputatorem
 ad Tom. i. Jenen. F. 332. edit. 75. seu Tom. 7. vuitenber. G. f. 31.
 a & edit. an. 54. ubi inquit: Indigemus nos miselli signis, quibus ad-
 haereamus, ita tamen ut signa illa Sacramenta sint, h. est, ut externa
 sint elementa, quibus spiritualia designantur, ut externis de internis
 moneamur, capiendo quidem sacramenta oculis corporis, spiritualia o-
 culis fidei. Et observet Christianus Lector D. Philippum (cu-
 jus in-

jus ingrati sunt discipuli) incorpore doctrinæ pag. 503. & 704. ob allatas rationes, sacramenta commonefactiones vocare. Ex quibus manifestum, Deum de salute nostra certos nos facere verbo, sed magis tamen Sacrementis, cum illa sint sigilla & pignora addita promissioni, ut testentur in fide illis utentes, debere participes fieri bonorum, quæ promittuntur. Hinc quidam non incommodè comparant verbum diplomati. Sacmenta sigillis diplomati annexis. Quo respexit Lutherus piz memoriaz Tom. 7. Vy. G. fol. 180. edit. 54. in serm. de Sacram. corporis & fraternitatis & tom. 1. Jen. F. 22 a. edit. Anno 75. Die Sacra menta sind nicht anders / dann ein gewiss zeichen der Gemeinschafft vnd ein leibung mit Christo/ vnd allen Heiligen/ gleich ob man einen Burger ein zeichen/ Handeschrift/ oder sonst ein losung gebe/ daß er gewiss sey/ er sol der stadt bürger sein/ derselben gemeine Gliedmaß sein.

20 Sed pergit more suo ludere. Monstri aliquid nos his ales revocabulo Sacramenti, eo quod verbum visibile Sacramentum vocamus. Sacramentum enim non esse visibile nisi ex parte. Quid audio? itane? Quis vero hoc vñquam negavit sacramentum accipialiquando pro tota actione? Proprieve ro si consideretur natura sacramenti, in externo ritu constitit. Vide testimonium ipsius D. Lutheri, modo citatum, ex Tom. 1. Jen. fol. 332. edit. 31. Huic adiunge locum de captivitate Babyl. pa. 70. W. Lat. Tom. 2. In qualibet promissione Dei duo proponuntur, verbum & signum. Verbum est testamentum, signum vero est sacramentum: Ut in Missa verbum Christi est testamentum: Panis & vinum sacramentum. Atque ut maior vis sita est in verbo, quam signo ita maior intestamento, quam sacramento, quia pot homo verbum seu testamentum habere, & eo uti, absque signo seu sacramento. Hic Rhodus hic salta. Hic vides non esse haec in cerebello nostro nata, sed posteritati haec ab ipso D. Lutherio relata. Quid autem dilucidius loco in serm. de sacramen-

& frater. Tom. i. Jen. fo. 201. b. edit. An. 75. tom. 7. vv. f. 17. b. edit. 54. In Sacramento tria requiruntur, Sacramentum seu signum. 2. est significatio sacramenti, seu id quod representatur per Sacramentum. Tertio fides. Sacramentum vero externum & visibile ut sit, in corpore a specie, & forma oportet. Significatio interna & spiritualis ut sit requiritur, in interiori homine: fidei vero haec sunt copulanda, nobisque applicanda. Præteribo alia non minus clara loca, inter alia & sit illustris ille, qui extat in serm. de novo Testam, Tom. 7. vv. f. 39. edit. 54. a. Hoc sensu accipendum est illud Augustin. quæst. super Levit. 57. Secundum QUENDAM modum sacramentum corporis Christi corpus Christi est.

21. Eodem etiam modo hic à nobis vocabulum Sacramenti accipitur. Interim non negatur à nobis, accipi Sacramentum aliquando pro re significata, sed improprie: aliquando vero pro symbolis, & re significata simul. Sic sacramentalis co mestio cum spirituali coniungitur in legitimo usu cœnæ, cum corporis signum non tantum ore corporis manducamus, sed & corpus Christi ore animæ, id est, vera fide percipimus eiusverè simus participes efficacitate S. Sancti mandu cantes non solum panem Domini: sed etiam panem Dominum. Si ve hoc in loco molestus nobis else perrexeris, ipsum Lutherum molestaveris.

22. Quid ad patrum dicta attinet, quæ nobis opponis, illa omnia admittuntur & probantur. Interim monendus hic es de vocabulis In. Sub. Corpus n. Christi est in pane, aut rei veritate, aut significante mysterio (ut loquitur Aug. in sen. Prosp.) Non rei veritate, seu essentialiter, quia non est in pane ut in latibulo, seu vehiculo cum negetis consubstantiationem & coexisten tiam. Ergo significante mysterio. Absit itaque ut negemus Christum esse in pane: sed ut in mysterio & per mYsterium. Hinc Chrys. opere imperfect. Math. homil. 11. In vasis sanctifi catis NON VERVM Christi corbus: sed mysterium corporis Christi

contine-

continetur. Quod autem Græcis *μυστήριον* dicitur, id Latinis Sacrementum. Sacramentaliter itaque erit panis corpus Christi. Cum enim Sacraenta sint sacræ rei signa, Aug. confess. p. 161. edit. vu. Ann. 1562. seu sacramentum sit verbum visibile, quia ratus oculis accipitur, & est quasipictura verbi, idem significans quod verbū: Sacramentaliter esse, erit sacramentū alicuius esse, vel seu ut loquitur August. *Sacramentotenus* aliquid esse i.ea significationis specie, quare significata non minus vere præbetur fide spiritualiter sumenda quam symbolum ipsum, corporis organis percipiendum traditur. Observet vero lector humanissimus τὸ γένος hic non observari à Disputatore. Qui hoc exponunt per IN HOC, &c. non retinent literam verborum Christi. Disputator exponit per in hoc. Non ergo retinet literam verborum Christi. Maior probatur. Q. via Christi verba *Hoc est corpus meum*, non sonant ubi sit corpus Christi, neque quid in cum sub pane sit: sed quid ipse panis sit, esse que debeat piis, in hoc usu. Hinc D. Luth. in capt. Babyl. Tom. 2. Lat. vv. edit. An. 46. p. 71. b. & edit. Vv. 51. p. 68. b. inquit *Sic me servabant verba, ubi dixit, accepit panem & dixit: accipite manducate hoc (i. hic panis quem acceperat & fregerat) est corpus meum, Et Paulus, Nonne panis, quem frangimus, participatio est corporis Christi? Non dicit in pane est, sed ipse panis est participatio corporis Christi.* Iniuria itaq; duplii doctores tui afficiunt, Ecclesiā. 1. Dū obtrudūt ei sua, pro Christi verbis. 2. dū putat, eā nō videre, q; diversæ sint locutiones: In pane est corpus, & panis est corpus. Accusat et Christū mendacij: negant n. panē esse ipsius corpus: sed dicūt corpus esse in pane,

23 Sed ἐγγονεῖτε fortassis regeres, quēadmodū dico, h. (mōstrato sacco) est avena & in hoc sacco est avena. h.e. vinū & in hoc cātharo est vinum. Hic sciat ille phrasin hanc cum sua intelligentia, quantumvis vīstatissimam, non tamen esse literalem & propriam, sed impro priam: Quoniam nec saccus solus, nec una cum avena, est avena proprie: sed

figurate. Breviter, nullum signatum proprie potest in signo exhiberi, & de eo prædicari, tum quia hæc sunt relata, tū quia sunt opposita, tum quia sit manifesta implicatio contradictionis, si quis statuat signatum proprie prædicari de signo. Quod enim proprie est signatum, id non est signum. Et vice versa quod proprie est signum, non est signatum. Cum itaque in pane nos accipere corpus Christi dicimur. intelligendum est in pane, tanquam in symbolo, non ut in continente, sed ut in obiecto & medio.

15. 24. Tandem autem ut ad rem veniamus, & questionem veratissimam, pro cuius negatione quidam tanquam pro aris & focis pugnat aggrediamur præmittendum unicum adhuc est. Observet æquus lector, haberi vulgo fractionem panis pro re indifferente. Hic interim, ab illo tanq; inutilis, omnino reiicitur & reprobatur, ne sub vexillo Calvinistarum militare videatur. Nec enim concludit tanquam adiaphorum sit, sed ac si in nulla cœna, adhiberi possit & debeat. Quibus satis superque demonstrat, studiosum se propriæ gloriæ potius, quam gloriæ divinæ, cum tamen omnis gloria quam longissime abesse debeat a ministris Ecclesiæ. Sed contradicimus nobis ipsis, si illorum (quorum vitam & doctrinam ante hac diris & execrationibus devovimus & exposuimus) doctrinam amplectamur. Euge, belle, sic itur ad astra : scilicet.

25. Proposuimus vero in thesibus nostris hunc syllogismum. Antecedentis & consequentis confusio est sophistica. Fractio panis, habet se ut antecedens & consequens. E. Huius assumptum ille negat, sicq; resolvit verba Christi, Christus panem distribuit, & distribuendo dedit discipulis.

R. Hic primo probari cupimus ex vlo. probato auctore Græco καὶ οὐ accipi interdum pro διανέμειν. 2. Distribuere

Latinis

Latinis aliquando idem est quod partiri, seu in partes comminuere, quemadmodum a Cælare accipitur libr. 3. de Bel. Gal. Aliquando vero est tribuere seu dare. Priori significacione si hic accipis vocabulum Distribuendi, admittimus, interpretationeque tum erit nostra. Posteriori vero, reiicimus, cum pia antiquitas, imo ipse D. Lutherus, hic a te dissentiat. Ignatius enim Iohannis Apostoli discipulus qui circa annum Domini 70. vixit sic epist. 9. ad Philadel. *Vna & caro & vnus panis pro omnibus confractus*, si unus panis omnibus confractus non integra aliqua placentula singulis porrecta. Cyprian. etiam, qui vixit circa annum 250. in serm. de cœna ita scribit. *Hac quoties agimus, non dentes ad mordendum acuimus: sed fide sincera panem sanctum frangimus, & PARTIMVR* Dionysius v. auctor Hierarchi circa annum D. 400. Hierarch. Eecl. c. 3. sic posteritati reliquit. *Operum & INTEGRVM panem accepit, in FRVSTA CONCIDENS*. Multo vero clarius D. Au. qui vixit circa ann. 390. in ep. 59. ad Paulin. hanc fractionem declarat, cum panē ad distribuendū comminui scribit. Imo, habere se fractionem ad distributionem tanquam antecedens ad consequens: clare, aperte testatur Pascharius de corpore & san. Domini cap. 43. *Ipse est (inquit) qui panem hunc fregit, & per manus servorum fidelibus distribuit.* quibus satis evidenter assertur, frangere non esse idem quod distribuere. Pro confessō vero accipimus, quod ipse Disputator admittit Christum integrum panem fregisse & distribuisse.

26. Tum committimus te hic cum Luthero, qui vult fractionem esse divisionem in multas partes, tu contra Distributionem. Formalia eius quis desiderat: sic habent Tom. 2. Jenen. pag. 224. Tom. 7. Witt. pag. 297. in lib. de abusu Missæ. *Breit en/ und den Jüngern geben/ ist nichts anders/ denn das gebenedete Brot in viel theil theilen/ und die Theil den andern geben.* Ex hoc lab. intho te ex tricato, si potes.

27. Sed audiamus quibus pro syllogismum nostrum evertas. Si fregit idem est quod distribuit & dedit, oratio Christi est nugax. Consequens est inconsequens. E. Respondest an nescis quod nonnunquam distincta vocabula, pro eodem accipiatur ad majorem rei declarationem sine *tautologia*? R: r. Quis vero te docuit hic pro eodem sumi: imo contrarium jam evicimus & evincemus, Elenchum itaque committis à particulari: non enim sequitur in uno atq; altero loco accipitur pro distributione, Ergo & hie eodem modo accipi debet 2. Erras graviterq; impingis, cum per fractionem designari aliquando distributionem tantum, putas. Nam illis in locis quæ vulgo cōtra nos adducūtur, significat simul & frāgere & distribuere: seu talem distributionem, qua manibus primo frangitur panis, postea distribuitur. Itaq; quoties solū ponitur frangere, fractionem cum distributione significat, & figurate seu synechdochice accipitur. Quoties vero verbum dandi additur, comminutionē in multas partes significat. 3. imo synergetæ tui calculum huic nostræ sententiae adjiciunt. Sic enim centuriatores Magdeb. cent. II. cap. 6. Panem in altari in multas partes dividebant sacerdotes, teste Anshelmio in 10. cap. 1. Cor. Si unus panis in multas partes dividitur, non integra placentula cuiq; communicantium porrigitur. An autem propter distributionem tantum fregerit an vero etiam propter mysterium de eo paulo post agemus in præsentia sufficit probasse frangere hic non esse distribuere.

28. Properemus nūnc ad alteram nostram rationem, & similimodo eā ab injuria Disputatoris vindicemus. Sic illa habet. Quæ subor diuata sunt, distincta sunt. In illorum numero sunt fractio panis, & disperditio seu traditio E. Respondet subtilitas equidem maxima, quam ne oculus naturæ unquam vidit. R. Quid audio, ergo oculum te habere naturæ negas?

negas? Assentior, alioquin fortassis hæc vidisses. Preco vero perspicaciorem tibi mentem, ne imposterū in simili fulgore coecutias.

29. Datio vero & fractio, non sunt subordinata quæ pura put ratione distinguuntur: Sed quæ realiter. Suntq; subordinata disiuncta, cum sub uno ordine praedicamentali convenient, sub actione nimis: tum etiam, verum diverso respectu, sub praedicamento Relationis, quatenus $\chi\tau\iota\kappa\omega\varsigma$ se habent ad id, quod repræsentant, & ob signant. Illud dum refertur ad mortem, hoc vero quatenus applicationem *moris* & *beneficiorum* significat.

30. A φιλοσοφia vero est quod thesi 20. afferis, una meamdemq; rem, non posse sub diversis Generibus poni, cū uni rei diversæ definitiones, pro diverso respectu, attribuantur.

31. Disiunctæ vero subordinationes, licet convenient sub ordine praedicationis, nihilominus tamen inter se disiunguntur, tanquam duæ diversæ res. Fractio vero panis & distributio, sunt disiuncta subordinata, cum distributio fieri non possit abq; fractione. Hinc August. Epist. 59. Paul. *Panis ad distribuendum frangitur*. Disiuncta igitur erunt, nec pro uno & eodem accipi poterunt. Vide Kecker. quem tamen pro te allegas pag. 360. Syst. Log. editum An. 1603.

32. Tertiam nostram rationem non militare inquis. Sed videamus quam recte. Mens argumenti nostri hæc est. Quæ admodum vinum à pane separatum repræsentat mortem cruentam: Sic panis fractio significat corpus Christi fractum per lacerationem cruciatus & morte. Posterius, a fieri non posset, si confunderetur fractio cum distributione. Usus n. hic alioquin tolletur. Sed audiamus quid regerat. i. Nō probari quod est in quæstione: id igitur ut probemus, nunc nobis incumbit. Non observat Disputator *uputiv* Reducitur enim hoc pacto ad simplicem. Quicquid immediate

ipsam

50.

48. 49.

44. 48.

47.

ipsam Domini mortem contemplandam proponit, id non confundi, sed distincte proponi & intelligi debet. Fractio panis est talis. E. Propositionis radii scintillant cum niantur expresso mandato Divino, hoc facite ad mei cōmemorationem, i. Cor. ii. Quæ verba singulis symbolis addita diserte clamant corpus & sanguinem Christi, ut res in crucis sacrificio separatas nobis in cœna offerri & exhiberi; Imo veteres de hoc mysterio loquuntur, quasi quotidie in cœna a nobis immoletur, & occidatur. Et dolendum est cœcos Papistas plus videre, quam Evangelicos illos doctores. Nam ut Bellarm. fatetur de sacram. Euchar. lib. 4. cap. 22. *Sola species panis non representat ex acte Christum ut mortuum, nisi ab altera parte consipiatur sanguis effusus: Et sola species vini non representat sufficienter Christum, ut immolatum non enim solus sanguis est victimæ.* Vides itaque distinctis symbolis cruentam & sanguinolentam mortem suam, & sigillatim corporis sui traditionem & sanguinis sui effusionem pro peccatis nostris ante oculos statui & menti nostræ imprimi. Assumptio vero ut illustrior magis reddeatur, in thesibus nostris comparativè proponitur. Cuius antecedens seu ~~adversarius~~, cum Disputator figmentum zuinglianum vocet, confirmari à nobis debet. Ininititur autem fulcros scripturæ, quæ cālicem sanguinem noui Testamenti vocat: qui pro nobis effundatur. Hæc verba proprie intellegi non possunt. Quis enim dicat poculum hoc seu vinum ipsum sanguinem Christi, qui pro nobis effundatur? Cum proprie accipi non possint, Sacramentaliter accipi debent, id est ea ratione, qua omnes locutiones sacramentales, accipiuntur. Has vide supra. Tum consequentis seu redditionis probatio eodem planè modo ex institutione deducitur. Quod enim Paulo est frangi, id Evangelistis est tradi pro nobis in mortem. Hinc August. Dist. 2. de cons. cap. frangitur. *Cum hostia frangitur, cum sanguis in ora fidelium funditur, quid*

aliud

ALIUD quam Dominici corporis in cruce Immolatio, eiusque sanguinis de latere effusio, designatur. Agnoscit profecto Augustinus mysterium, nō minus in vini effusione, quam in panis fractio ne. De hoc paulo post latius.

33. Atque hinc 6. tuum effugium corruit. Non enim actionem novam sacramentalem introducimus, cum Christi mandatum & regulam pro Cynosura habeamus. Ea enim quæ Christus instituit, restitui cupimus. Proinde rectè Ambrosius: *Indignum est Domino qui aliter mysterium celebrat quam ab eo traditum est. Non enim potest devotus esse qui aliter presumit quam ab eo auctore datum est.* Papismum deniq; nobis objicis, quod hoc modo duas præcipuas Missatici sacrificij partes approbemus, crucifixionem Christi, in panis Fractione 2. effusione sanguinis Christi, in effusione vini. R. Sed teneto 1. Actiones distingui finibus 2. *Frangitur à nobis Christus, effunditur ejus sanguis, non rei veritate: sed significante mysterio.* Hoc enim Augustinus ex Gratiano recitat, cum inquit: *Panis fractio est Christi immolatio non rei veritate: sed significante mysterio.* In sent. Prosp. de ausec. Dist. 2. c. hoc est.

34. Veniamus nunc ad alteram partem velitationis nostræ, ubi asseritur a nobis, Fractionem panis in coena, repræsentativæ seu sacramentaliter esse fractionem 1. immolationis sive crucifixionem corporis. Hic infert Disputator. Ergo qui panem frangit, Christum immolat, lacerat. R. Quo ruis Disputator: Distingue cum August. in serm. ad infant. *Inter id quod videtur, & id quod intelligitur.* *Quod videtur speciem habet corpoream, quod intelligitur fructum habet spiritualem:* seu cum D. Cypriano de Cœn. Dom. *Quod est carnis, hoc animæ fides est, quod cibis corpori, hoc verbum spiritui.* 2. ex eodem Cypr. Respondemus: *Hac quoties agimus, non dentes ad mordendum acimus, sed fide sincera panem frangimus & partimur, dum quod Divinum est & humanum distinguimus, itemq; separata simul*

jungentes, unum Deum & hominem fatemur. Sed & nos ipsi corpus eius effecti Sacramento, & re Sacramenti, capiti nostro conneclimur & unimur. Ex quib. verbis Cypriani duo colligimus i. Quoties ad communionem accedimus, non dentes nos ad mordendum acuere, i. finē seu scopū cōmunionis non esse lacerationē oram corporis Christi: sed fide sincera panem nobisfrangi, in memoriam immolationis & mortis semel factæ. 2. Distinguendum esse inter Divinum & humanum i. quod in extērnos sensus incurrit, & illud quod hoc meditandum nobis pponit. 3. R. Inauditus forsitan tibi e. hymnus pōtificiorū, qui canūt nulla re fit scissura signi tantum fit fractura. Nec enim de novo immolamus nos Christum in Sacramento: sed immolationem eius semel præstitam, peccatori contemplandam pponimus. Ipsi igitur Pontificij in novissimo die iudices erunt tui, quod Ecclesias orthodoxas hoc tempore propter fractionem restitutam, tanquam hæreticas, anathematizas. Opponimus itaq. tibi orthodoxum consensum patrum, illos impugnato si pugnare gestis, qui s̄æpius dicunt fractionem panis esse avitutōv Sacrificii Christi.

35. Absurdus vero videbitur tibi Chrys. hom. 24. in i. Cor. decimo, & hom. 27. cuius aurea verba te considerare velim. **Sanguis IESV CHRISTI est in calice, corpus CHRISTI quod est in coelis, videndum nobis proponitur: nec tantum videtur, sed tangitur: nec solum tangitur, sed comeditur, à nobis mordetur, tenetur, & manducatur, in signum dilectionis.** Quid ad hæc D. Magister: Tum remittimus te hie ad D. Lutherum qui in confels. maiori Tom. 2. vu. G. p. 221. inquit. **Preinde corpus Christi in mensa frangitur, partitur, dentibus mordetur, atteritur, deglutitur instar alterius panis, attamen in specie panis, seu in pane. Et quisquis manducat panem, manducat corpus Christi. Quisquis hunc panem dentibus vel lingua atterit, is dentibus, vel lingua atterit corpus Christi.** Hæc sodes proprie intellige. Omnia autem

c

hæc

hæc dicuntur propter Sacramentalem unionem, ut seipsum explicat Lutherus Tom. 2. vv. p. 221. a & Tom. 3. Jen. p. 487. Warumb sollt man dann nicht viel mehr sagen? Das ist mein Leib ob gleich brot vnd Leib zwey unterschiedliche Wese seind / vnd solch Das auffs brot deute: denn hic auch eine Einigkeit auf zweylen Wesen ist worden / die wil ich nennen: Sacramentliche Einigkeit/ darumb das Christus Leib vnd blut vns allda zum Sacrament werden gegeben & pp. Darumb ist recht geredt / so man auffs brot zeiget vnd spricht: Das ist Christus Leib / vnd wer dich brot sihet/ der sihet Christus Leib/ scilicet. Denn das man dem Brot thut / würde recht vnd wol dem Leib Christi zugeeignet vmb der Sacramentlichen Einigkeit willen. Huiusvero sacramentalis unionis explicationem ipse Lutherus nobis subministrat cum ait eadem pag. Die Sacramentliche Einigkeit ist nicht ein natürliche oder persönliche Vereinigung / wie in Gott vnd Christo/ so ist auch vielleicht ein ander Einigkeit / denn die Taube mit dem H. Geist / vnd die Flammen mit den Engeln hat/ dann es ist auch ja ein Sacramentliche Einigkeit. Darumb ist recht wann man auffs brot zeige vnd spricht: Es ist Christi Leib. Dann was man dem brot thut/ würde recht zugeeignet dem Leibe vmb der sacramentlichen Einigkeit willen. & pp. vnd solche Art zu reden nennen die Grammatici Syncedochen, Ex quibus colligimus unionem sacramentalem non esse physicam duarum rerum vel naturarum coniunctionem, sed esse relationem. 1. ordinationem qua Christus rebus externis ab ipso constitutis communicat, quod in verbo promittit. Vide Thes. 46. Hinc Dion. in Eccles. Hierarch. cap. 3. Per venerabilia signa Christus signatur & sumitur.

36 Sed prosyllogismum nostrum Disputator negat, quicquid panis sit secundū institutionem, id corporis fieri dicitur. Dici autem hoc non posset, nisi inter panem & corpus esset $\chi\acute{\epsilon}\sigma\tau\alpha$, analogia, & unio quædam, quæ est externi testimonij & rei testatæ, pactionalis seu testamentaria. Sacra-

menta enim accipiunt nomina rerum. Hanc regulam ex professo tradunt, & verbis Domini applicant Cyprianus, Theodoretus, & Augustinus. Præterito D. Cypriano in serm. de unct. Chrys. Theodoreum afferemus.

37. Theodoretus itaque Dialogo primo capite octavo, sic habet. Scis (inquit) Orthodoxe, quod Deus corpus suum appellavit panem & alibi carnem suam appellavit triticum. In mysteriorum autem institutione panem appellavit corpus, & id quod in calice infusum & mixtum est, suum sanguinem. Sic igitur salvator noster nominata commutavit & corpori quidem nomen symboli imposuit, symbolo autem nomen corporis. Ita cum se vitem nominasset, sanguinis nomen symbolo tribuit. Porro causâ huius εναλλαγῆς τὸν ὀνοματῶν κατεργάτην Eranistæ, orthodoxus ait. Manifestus est scopus ius, qui sunt divinis mysteriis initiati. Voluit enim eos qui utuntur Sacramentis, non attendere ad naturam eorum quæ videntur, sed per nominum mutationem credere ei, quæ ex gratia facta est mutationi. Qui enim naturale suum corpus triticum & panem appellavit, & rursus se ipsum vitem nominavit: is symbola visibilia appellatione corporis & sanguinis honoravit, non naturam mutans: sed gratiam naturæ adjiciens.

38. Ex quibus primo ipsum panem & vinum, non vero aliud vocari ipsum corpus & sanguinem Domini, colligimus. Ac per consequens errat Hunius, & consortes eius, qui pronomen hoc referunt ad duas res simul presentes, visibilem panem, & invisibile corpus Christi in pane, & quidem corpus in pane principaliter, panem vero minus principaliter. Sic Huni. de Sacram. p. 366. 378. 381. &c.

39. Committimus vero Hunium cum D. Lutherò qui asserit pronomine demonstrativo *erat*, non significari corpus: sed panem, ubi excludit omne corpus. Videatur de capt: Babylo. Anno 20. Tom. 2. Wittenb. Lat. pa. 68. Editio. 51. & Edition. Wittenberg. Anno 46. fol. 71. b. Pronomen HOC refertur ad panem, & ipse loquendi modus &

€

sensus

sensus communis probat, subjectum scilicet esse monstrativum PANIS ET NON CORPORIS dum dicit, Hoc est corpus meum, id est iste panis est corpus meum. Et eodem Tomo pag. 338. contra reg. angli. ed. 51. Fregit de pane. & cundem demonstrat, pronomen HOC: Non enim corpus suum accepit, fregit, SED PANEM: ideo non demonstrat, corpus, sed panem. Et contra coelestes Proph. part. 2. Tom. 3. Jen. Germ. p 68. a. Seu Tom. 2. v. g. f. 35. b. Also müsset ir auch bekennen/ daß das ^{zu} dem Brot/deutze nicht auff Christi Leib/ie. sondern auffs Brot/dafür ihnen reicht/vnd essen heißt. Deniq; indifferenter pro equipollentibus has duas propositiones habet:

*Hoc est corpus meum, &
Hic panis est corpus meum.*

Imo commilitones tui negarunt, per hoc demonstratum, indicari corpus. Vid. Selne. lib. de Cœna Ann. 63. p. 20. 22. Quid autem intelligit per ^{zu} certe non corpus suum, sed antecedens, quod est ⁱⁿ ^{der} Heshus Isag. Germ. de præsent. An. 68. fol. c. b. Quod Christus per particulam HOC, panem benedicatum monstraverit, nemo negare potest. Chem. in Exam. Concil. Trident. sic scribit part. 2. p. 78. Et ne dubium sit, an particula demonstrativa denotet illud, quod Iesus acceperat, Panem scilicet & poculum: Lucas & Paulus in descriptione alterius partis, manifesta adjectione hoc expresserunt. Accepit poculum, benedixit, dedit illis, & addidit ^{zu} ^{die} ^{wo} thelov hoc poculum i. Cor. 11. Et Paulus i. Cor. 10. Sicut de altera parte (inquit) POCULUM cui benedicimus, est communicatio sanguinis Christi: ita etiam de priore parte (inquit) PANIS quem frangimus, est communicatio corporis Christi. Diserte igitur declarat & exprimit quid particula HOC in utraq; parte denotet, panem scilicet & poculum.

40. Secundo colligimus ex verbis Theodoreti, cum Dominus symbolis tribuat nomina rerum significatarum: Sacra-

mētaliter esse intelligēdas attributiōes istas. Quod causa illius permutatiōis, nō sit cōversio symbolorū in res ipsas, aut corporalis aliqua copulatio symbolorū & rerū, sed mutatio Sacramentalis, qua ea quæ videntur, mutantur in symbola corporis & sanguinis Domini 4. Quod hæc mutatio fiat, mānente symbolorum natura & substantia. 5. Quod hac nominū permutatione & symbolorum mutatione, naturæ adiiciatur gratia, quæ debet credi, hoc est, quod symbolis annexatur promissio gratiæ, non ore comedenda, sed fide accipienda. Gratia a. spiritualis est communio corporis & sanguinis Domini.

41. Comprimis vero D. Augustinus hanc regulam urget in Epist. 23. ad Bonif. Quod si Sacraenta quandam similitudinem earum rerum, quarum sunt Sacraenta, non haberent, non essent Sacraenta. Ex hac autem similitudine, plerung, etiam ipsarum rerum nomina accipiunt. Sicut ergo secundum quendam modum Sacramentum corporis Christi, Christi corpus est: Sacramentum sanguinis Christi, Christi sanguis est: ita Sacramentū fidei (i. Baptismus) fides est.

42. Ex quibus duo colligimus. Primo, Sacraenti natūram consistere in signi ad rem signatam 2. Ex hac mutua relatione, Sacraenta ipsarum rerum nomina accipere, ita ut panis secundū quēdam modū sit ipissimū Christi corpus.

43. Sed videamus quid causæ sit, cur à te hæc regula rejicitur. Sic infers. Si Corpus Christi pro nobis fuit crucifixum, panis verò cœnæ non fuit pro nobis crucifixus, panis cœnæ non fuit ipsum corpus Christi: ratiocinatus est Zwinglius: & per consequens non omne quod fit pani ipsi corpori fieri dicitur, r. O miseram Logicam tuam! Annō n. dicendū tibi erat & per consequens nō omne quod fit corpori Christi, ipsi pani fieri dicitur, nēpe si corpus Christi dicitur crucifici: at panis nō. Sed tu non mihi: sed Luth. contradicis tāq; eius Aristarchus. Tu dicas nō ēone: at Luth. Quicquid fit pani, &c. Id ē insuper laudib. in cœlū effert Nicolaū papa, quod Berégariū

adege-

adegerit, in palinodia confiteri, se dentibus comminuere
 verum Christi corpus Tom. 2. vu. Germ. pag. 221. b. Tom. 3.
 Jen. pag. 487. a. Es thun die Schwermer vñrechte/ so wol als die
 Glossa im geistlichen Recht/da sie den Papst Nicolaum straffen/ daß
 er den Berenger hat geirungen/ zu solcher bekantniß/daher spricht: Er
 zutrücke vñnd zureibe mit seinen Zeenen den warhafften Leib Christi/
 Wolte Gott alle Päpste heire so Christlich in allen stücken gehandelt/
 als dieser Papst mit den Berenger in solcher bekantniß gehandelthet.
 44. Caterum, contrariū Lutherus rursus sensit in approba-
 tione Syngrammatis Suevici, in quo hæc verba leguntur. Sic
 edimus corpus & bibimus sanguinem CARNE non ut corpus Christi
ATTERAMUS & frangamus, ut est in revocatione Berengarii: Sed
 PANEM IPSUM, QUÀ PANIS EST, TRACTAMUS
 FRANGIMUS, EDIMUS, DENTIBUS ATTERIMUS. COR-
 PUS. a. ACCIPIMUS, QUÀ VERBUM HOC ACCIPIMUS, HOC
 EST CORPUS MEUM, ut pulcherrime quidam dixit, *Quod edimus*
intrat ventrem: quod credimus intrat mentem. Ex quibus verbis
 Lutheri hanc generalē regulam exstruimus. Natura omni-
 am sacramentorum est, ut symbola corporaliter, res signifi-
 catæ spiritualiter sumantur, & intelligantur, & ut res visibi-
 les non sint res significatæ sed rerum symbola & pignora.
 Quemadmodum itaq; res corporalis solo ore corporis acci-
 pitur, sic res significata ore fidei accipienda erit. Res signifi-
 catæ enim in sacramentis sunt SPIRITUALES, quæ in pro-
 missione gratiæ, symbolis annexa offeruntur. Promissio au-
 tem gratiæ non tractatur manibus: sed non nisi FIDE percipi-
 tur. Hinc Chrysost. serm. de Euch. in encœn. Ne putetis ac-
 cedentes ad hæc mysteria, quod accipiatur divinū corpus ex HOMINE.
 2. Venter destinatus est escis corporeis, I. Cor. 6. §. 13. Omne a. quod ingre-
 ditur in os in ventrem cedis Mat. 15. §. 16. Si itaq; corpus Christi
 ore corporis sumitur in ventrem descendit, & erit esca cor-
 porea, quod conjunctum est cum blasphemia. 3. quod

res

res signata à solis fidelibus percipiatur, & quidem fide sola a posteriori colligimus, ab effecto. Cum soli credentes habeant spiritum Christi, à quo caro eius vivifica non potest separari. Tum quia talis est manducatio, qualis est mansio. Probatur. Ideo enim manducatur ut maneat in nobis, & nos in ipso, non ut manducatus statim evanescat. *Qui edit carnem meam, manet in me, & ego in illo.* Atqui mansio est spiritualis & sola fide fit Iohann. 14. v. 13. Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansio nem apud eum faciemus. At pater per spiritum in nobis habitat Ergo. IV. Si nos oraliter comedimus Christum, et discipuli Christi oraliter eum ederunt. Consequens absurdum. Cum eius accubitio & omnes circumstatiæ contrarium dicitent. Tum cum ipse Christus participaverit de iisdem symbolis sequitur non proprie illa fuisse corpus & sanguinem Christi, alioquin se ipsum comedisset. Unde Hier. epist. ad Hedib. ipse conviva inquit, & convivium, ipse comedens & qui comeditur. Et ne hæsitet Disputator consideret quæso verba Christi. Non bibam post hac de genimine vitis. Ubi Christost. Hom. 83, in Matth. Ipse quoque bibit ex eo, ne auditis verbis illis dicent quid igitur sanguinem bibimus? & carnem edimus, atque ita perturbarentur. Et observa quæso hic Disputator, quod ab Aug. in Psalm. 73. dictum quod seipsum tulerit manibus suis QVOD AMMODO, nempe quia gestabat in manib. suis sui corporis Sacramentum. 5. Ratio notatu digna est. Vulgo enim rite edite referunt ad panem & ad corpus. Sed propriæ ad id pertinet, quod Dominus accepit, fregit, quod erat panis, & non corpus. Tum quomodo quæso ad corpus pertinebit, cum ante consecrationem & pronunciationem verborum, hoc est corpus meum, manda ta illis fuerit manducatio, quomodo quod in pane nondum fuit, in pane manducari potuit? Sic itaque habe, ex consequenti tantum referri ad manducationem corporis, quatenus

tenus panis, qui est symbolum corporis manducatur. Brevis
ter, sacramentaliter corpus Christi manducari ore dicitur,
quatenus Sacrementum & symbolum corporis ore accipi-
tur. Potiuntur itaq; re Sacramenti soli fideles, ad quos pro-
missio gratiae pertinet & in quorum gratiam certis sigillis ea-
dem confirmantur.

45. ORALEM autem manductionem corporis Christi
in sua ipsius ^{spiritu} seu essentia tanquam impiam & blasphemam rejicimus. 1. Quia alioquin Christus in pane erit ad-
orandus. Ubiunque enim est, sive visibili, sive invisibili mo-
do, ibi est adorandus, 2. ne sacrificium missæ stabilamus. *Quid enim est aliud pontificalis Christi oblationis*, quam adoratio Christi
in pane, dum à Deo petitur ut nobis peccata remittat,
propter illum CHRISTVM, qui in manibus gestat-
ur. 3. Quia illi, qui statuunt, præsentiam Christi ^{conspiciunt}. In, sub pane, necesse est vel calicem accendentibus ad cæ-
nam negent, cum sanguis Christi in ipsius sit corpore: vel
quo nihil absurdius, sanguinem Christi ab ejus corpore di-
vellant. Vides itaq; te ut papistana laicis calicem subtrahe-
re, & horrendam missæ idolatriam stabilire. In summa, sola
fide participes nos reddimur ipsiusmet corporis & sanguinis Christi, ita ut caro simus de carne ejus & os de ossibus ei-
us, quæ spiritualis manducatio dicitur: De qua Lutherus in
in Postil. Eccles. excus. VVitenberg. Ann. sexagesimo se-
secundo, f. ducetefimo vigesimo nono. *Essen und Trinken geist-
lich/ist nichts anders/denn glauben an Gottes Worte vnd Zeichen/ wie
auch Christus/Ioh. 6. c. sagt/wer mein Fleisch isset vnd trinket mein
blut/der bleibt in mir/vnd ich in ihm.* Videatur etiam in Gen. cap.
48. fol. 699. Edit. VVit. Ann. 56. Tom. 6. VV. L. Sed non
video (inquieres) rem ipsam & si CREDIS habes si non vis credere

NIHIL habebis: Sic enim sonat promissio qui crediderit & Baptizatus fuerit saluus erit. Ad est Sacramentum altaris, ad est Baptismus, ad est verbum in concione. Tantum vero habes quantum credis, si credis jam omnia potes & possides. Concludimus itaq; verbis Lutheri in Eccles. Postilla super Epist. 70. fol. 230.a. Edit. An. 62. *Mein Fleisch ist warhaftig vnd wesentlich eine Speisse/ nicht für den Bauch leiblich / sondern für die Seele geistlich.* Idem sensisse Brentium apparet ex Exeg. super Johan. 6. cap. Fol. 125. In qua satis ostendit rem SPIRITUALEM à solo INSTITUTORE offerri, terrenā à ministro. Ut enim (inquit) Baptismus duo habet, aq; & verbum: Corpus in Baptismo aquam accipit qua lavatur INTERNUS HOMO: Ita & Cœna Dominicæ duo habet, panem & vinum, & verbum. CORPORIS OS accipit PANEM & vinum, OS fidei accipit corpus & sanguinem. UT CORPUS IN SACRAMENTO HABEAT CORPORALIA SIGNA, ET FIDES SPIRITALIA ET REM IPSAM. Ex quibus manifestum Res intelligibles & spiritualiter propositas, nō nisi modo spirituali percipi posse ut spiritualia spiritualibus, corporea & visibilia corporeis & visibilibus respondeant, Hinc August. in Epist. *Nos Christum in cælis sedentem M A N U* correctare non possumus, sed Christum FIDE contingere possumus. Et Traët. in Joh. 50. *Ascendit in cælum corpus Christi, querat aliquis quomodo tenebo absentem? Quomodo in cælum manus mittam ut ibi sedentem teneam? FIDEM mitte & tenuisti.*

46. Tandem asseris inter panem & corpus esse unionem, sed talem quæ consistat in offerendo & exhibendo, nō insignificando, figurando & repræsentando. De hoc respondisse in præsentia sufficiat hoc unum: Natura omnium Sacramentorum consistit primò in analogia signorum, cum rebus signatis. Hinc August. Epist. 23. ad Bonif. *Si Sacra-menta quandam similitudinem earum rerum, quarum sunt Sacra-menta non haberent, omnino non essent Sacra-menta.* Unio autem

hæc

hæc Sacramentalis, sacramentales etiam phrasæ parit. 2. In
 conjuncta exhibitione & acceptione. Probatur autem hæc
 unio, primum ex eo, quod Sacmentum est vocabulum re-
 lativum. Correlata enim sunt signum & signatum, cujus fun-
 damentum sunt ceremoniæ à Deo institutæ. Terminus est
 Christus cum beneficiis. Relatio est affectio illa, quam ha-
 bet ritus ad rem significatam. Atq; hinc apparet, falso vos
 nobis tribuere, quasi nuda habeamus signa. Vid. Thes. 35.
 Nec enim excludimus corpus & sanguinem Christi ex sacra
 Domini Cœna: Durante enim relatione, coherent res & signa: cel-
 sante separantur. Manente itaque ordinatione divina inter
 res & signa, illa cum his exhibentur. Unio autem hæc Sacra-
 mentalis, qua res invisibles commodâ convenientiâ per
 visibiles repræsentantur, & unum quodammodo sunt, pro-
 pter mutuum respectum, quem inter se habent, non est Phy-
 sica & substancialis: sed Relationis, quæ non in *substancia*, vel *acciden-*
tia: sed in mutuo respectu & *χέρι* unius ad alterum consistit.
 Sicut igitur pater idcirco pater est, non quia in filium vel
 convertitur, vel filium *τηλεστας* in se continet: sed quia ad filium
 refertur: Et quomadmodum non dico imperium Roma-
 num est in fascibus: ita signum vel Sacmentum non est,
 quod in rem significatam convertitur, aut eam sicut saccus
 avenam, aut scyphus vinum continet: sed signum &
 res significata uniuntur Relationis unione, sicut filius cum
 patre seu fasces cum imperio. Idem agnovit D. Philippus
 dum prædicationem, *hoc est corpus meum*, non regularem &
 propriam sed Sacmentalem esse docuit. Quam ad Corinthios METONYMICAM vocat in propositione de calice eāq;
 confert cum hac propositione: fasces sunt imperium Ro-
 manum, id est, non nude neq; simpliciter significant jurisdictionem imperii Romani: sed certo testantur transferri si-
 mul imperium ad eum cui legitime fasces sunt traditi

Differentia autem Sacramentorum veteris & novi testamenti, hæc est, quod illa obscuriora, hæc clariora, cum illa venturum: nostra exhibitum significant. Vid. inf. plura.

21.

47. Thes. 21. pergis Disputator infringere nostra argumenta. Omnia, enim quæ sunt in signo, aliquo etiam modo in signato esse negas. Quam rectè ipse videas. Cum enim signum & signatum non sint entia absoluta, sed respectiva: neq; entia incompleta, sed complexa: essentialis erit respectus inter signum & signatum, & signatum & signum. Signum enim & signatum reciprocantur inter se, ob mutuum unius ad alterum respectum, ita ut signū sit signati signum: & signatum sit signo signatum. Atque hinc simul tum natura, tum cognitione dicuntur. FORMALITER enim se mutuo constituunt, & uno posito vel ignorato necesse est etiam alterum ponи vel ignorari. Unde recte dicitur, sine signorum cognitione, non posse signorum cognitionem aquiri. Itaque relative quæ sunt in signo, & sunt in signato: alioquin enim nullius rei erit signum, quod absurdum. Absolute vero multa sunt in signis, quæ non sunt in signatis. Exempla contraria quæ à te afferuntur, de essentia absoluta signi & signati loquuntur. Non itaque lœdis nos. Sed urges, non omnia attributa agnī paschalis, Agno Dei convenient, Unde Zabar. nō est necesse ut ea quæ inter se cōveniant, in omnib. cōveniant. Vixn. reprias rem aliquam in cuius convenientia, non sit aliqua etiam discrepantia. O Multicā suavē! o vocē sonorā! videte ut moduletur. Sed dissonatiā observet quæso lector. Quis n. ex doctorib. nostris unquam affirmavit, oportere PANEM habere OMNEM similitudinem cum corpore Christi: aut quis unquam docuit, agnum Paschalem secundum omnem modum esse agnum Dei? Sufficit enim si QUANDAM similitudinem habeant, & secundum quendam modum similes sint.

Alio-

Alioquin panis & corpus, agnus paschalis & agnus Dei, non different ullo modo : sed omnimodo essent idem : quod toret absurdum. Regula itaque zabarellæ nobis astipulatur.

49. Thes. 23. Distinguit Disputator inter *vetus & novum Testamentum*, quod in veteri testamento umbram tantum habuerint, novum Testamentum umbra careat, &c. R. 1. Nusquam est expressum in Scriptura hoc veteris & novi Testamenti discrimen, quod in veteri non oraliter, in novo oraliter edatur corpus Christi 2. In dictis Apostoli quæ citas corpus significat umbra rū veteris testamēti per Christū factā esse impletionem, quia corpus ut veritas illis umbris opponitur, 3. per concessio-nem. Etsi in novo testamento exhibitum habeamus Christum & natus sit homo, tamen hinc idcirco non sequitur, cor-pus eius esse in pane: sed tantum esse in novo testamento. 4. scias Patres in veteri testamento, hunc ipsum Christum etiam manducasse, licet nondum vestitum nostra carne, seu licet re ipsa, hoc est σωματικός nondum fuerit antequam assumeretur. Ac licet ens in potentia non habeat effecta & accidentia per se: habet tamen per accidens, propter promissionem Dei, quam fides amplectitur. Patres ἀρχοντες etiam ante incarnationem, nō aliter, quam incarnandum (& ita nō separatum à carne) in promissione, fidei oculis considerabant & agnoscebant. Chrysostom. in cap. II. ad Heb. lactea verba, nobis suffragan-tia appono, quoniam & quæ sunt in spe, sine substantia esse putantur, fides eis tribuit hypostasin. Nondum resurrectio facta est, & nondum est substantia: sed spes eam facit subsistere in anima nostra. Et è recentiorum theologorum familia unus, satis celebris (Brentius in exegesi Evang. Ioh. 6. cap.) quomodo patribus potuit exhiberi Christus, cum nondum esset natus. Respondet, Ut Christus seipsum per Evangelium nobis exhibet, ita totus exhibitus est patribus per promis-siones. Adæ, & patriarchis ad Abrahamum, usq; distributus est per hoc

verbum, semen mulieris conteret caput serpentis. Abrahamo cuius ad Moisen usque exhibitus est per hanc promissionem; in semine tuo bencdicentur omnes gentes. Moysi & posteris eius usque ad Davidem, datus est per hoc verbum: Prophetam excitabo illis de medio fratrum suorum. Davidi & posteris eius usque ad C H R I S T U M, exhibitus est per hanc promissionem: suscitabo semen tuum post te. Christus se ipsum exhibuit Apostolis. Apostoli posteaum exhibuerunt gentibus, per Evangelium & Evangelii Sacraenta. Quibus mediis exhibetur credentibus usque ad consumationem mundi.

50. Ethuc respicit Lutherus, in Disputat. design. Gratiæ tom. I. vuitenberg. edit. an. 45. f. 372. *I*dem Christus, eademque fides, ab Habel in finem mundi, per varia secula regnavit in ELECTIS: sed alia & alia eiusdem Christi, & fidei signa fuerunt, quæ vere sacramenta gratiæ dicuntur. Voluntas enim Dei pro diversis temporibus diversis etiam signis gratiam suam contulit. Tom. I. L. vu. folio 446. in disputat. de Baptis. ita reliquit. Eadem fides, E A D E M V I A E S T O M N I V M S A N C T O R V M, sicut idem verbum & idem spiritus sanctus, tametsi signa mutentur. Prolixè vero hæc proponit Tom. 4. Ien. f. 397. edit. 58. Neque hic inter presentem Ecclesiam fidelium, & illos in lege aliud interest, quam quod isti hanc aspersiōnem futuram credebant, nos credimus eam exhibitam & confirmatam esse: Et contra. Quare si quis interroget, quomodo David posset petere hanc aspersiōnem sanguinis Christi, nondum impletam, facile responderi potest, eandem aspersiōnem semper in mundo fuisse qua credentes a peccatis sunt abluti, nempe aspersione per sanguinem Christi: tantum esse DIFFERENTIAM TEMPORIS, quod ipsis futura, nobis exhibita, & pratorita sit aspersio illa, quam si per incredulitatem non accipiunt, non ea sanguinis Christi: sed incredulitatis culpa est. Clarissime vero hæc proposuit in Postilla Eccles. edit vu. Anno sexagesimo secundo, in expositione Epist. septuag. f. 229. super verba illa: Bibeant autem

omnes ex Petra spirituali. Das ist / sie glaubten an denselbigen Christum / da wir an glauben / wie wo er noch nicht in das Fleisch kommen war / sondern hernach kommen sollte / vnd solches ihres Glaubens zeichen / war der leibliche Fels / das sie Wasser auffruncken leiblich / gleich wie wir an dem leiblichen Brot / vnd Wein auff dem Altar essen vnd trincken / den wahren Christum geistlich / das ist im essen vnd trincken eusserlich / vben wir den Glauben innerlich . Dann woe iene nicht hetten Gottes Wort vnd Glauben gehabt / da sie Wasser auf den Felsen truncken / so wete es ihnen kein nütz geweht an der Seele. Also hilfet es uns auch nicht / das wir Brot vnd Wein ohn glauben vom Altar nemen. Ja wo nicht / da bey dem Felsen were Gottes Wort zuvorn gewesen / so herte der fels nimmer kein wasser / noch vrsach zuglauben gegeben. Und wo sie auch nicht das wore Gottes bey dem Brot / vnd Wein were / mochte es kein geistliche Speise sein / noch den Glauben vben. Darumb ist allenhalben einerley speise / geistlich varzu Gott sein wort vnd zeichen sehet / es sey wie eusserlich / vnd leiblich es wolle. Ut itaq; concludamus. videoas fol. 229. eius lib. excuss. Vv. Anno 60. Signa quidem pro ratione temporis mutantur : sed una & eadem fides permanet, quod statuit Paulus, cum eadem ESCAM SPIRITUALEM nos manducasse scribit. Adit spiritualem , cum alios habuerint ritus in oculos in currentes, quam nos. Et Tom. 2. Vv. fol. 79. Error est Sacmenta novaelegis differre à Sacmentis veteris legis penes EFFICACIAM significationis, VTRAQUE AEQUALITER SIGNIFICABANT. Ide enim Deus qui nunc nos per baptismum saluat olim per sacrificium salvavit, &c. Ex quib; hæc colligimus ; licet Sacmenta differant modo significandi , tamen re significata conveniunt. Nam Sacmentis utriusque testamenti , eadem res significantur , promittuntur , Christus, remissio peccatorum & donatio Spiritus sancti. IESVS CHRISTVS heri & hodie IDEM est in secula. Heb. decimo tertio vers. octavo. Patres vestri EANDEM escam spiritualem ederunt, i. Cor. decima, ver. 2,

Item

Item per Christum circumcisissimus & PASCHA pro nobis immolatum est Christus i. Cor. 5.v.7. Hinc August. in signis diversa sunt, sed in re quae significatur, paria sunt. Nam omnes eandem escam spiritualem comedenter corporalem quidem alteram, quia illi manna: nos aliud SPIRITUALEM VERO QVAM NOS. Et in lib. de pœnit. Quicunque in manna Christum intellexerunt, eandem quem nos cibum spiritualem comedenterunt. Tempora varia- ta sunt inquit in Iohan. Tract. 4. Tradendus & traditus, ven- turus, & venit, diversa sunt verba, sed idem Christus. Vide Cle. Alex. Strom. lib. 4. Tum, cum extra Christum non sit salus, patres eandem habuissent *naufragia* corporis Christi, firmiter sta- tui debet.

24. 51. Ais porro. Quæris quomodo dicatur corpus Christi frangi, vel Metaphorice in se, vel symbolice in pane, ut in sub- iecto? R. 1. Remittis me ad thes. 44. eo igitur & nos remittimus lectorum. Secundo respondes, eo modo dici corpus frangi, quo tradi in mortem ab Evangelistis. Ergo hic (cum August. in sent. prosp. Dist. 2. de conf. 1. cum frangitur) fateris. *Quando panis FRANGITUR, nihil aliud significari quæ oblatione in cruce, in quam sententiam quam plurima apud D. August. Chrysost.* & alios occurrunt.

25. 52. Sed audiamus porro, quomodo sententiam hanc no- stram eludas. *Vbi Metaphora est ibi analogia quadam est.* In verbis his, hoc est corpus meum quod pro vobis frangitur, est Metaphora. E. Respondes. Perinde est ac si dicerem, Zwingl. dormit, ergo Olevianus somniat. Multa quidem dici à nobis, sed pauca probari. R. Quid ais petulans os? Tam diu salva manebit nostra propositio, vsque dum tu & tui contrarium probaverint. Nullum enim, afferre potes vocabulum Metaphoricum, in quo analogia ostendi nequeat.

26. 53. Porro rationem nostram tertiam. Thesi 26. sic impu- gnas. Analogia est inter archetypum, & veram imaginem

seu

seu *av̄n̄tūor* panis Eucharistiae. Panis Eucharistiae vera imago est, seu *av̄n̄tūor* carnis Christi. Ergo Analogia est inter panem Eucharisticum, & carnem Christi. Respondes primo esse Elenchum parium, aliud enim est tota Christi persona, aliud corpus Christi. R. Sed nititur hoc tuum effugium falsa hypothesis, quasi negaremus, panē esse *av̄n̄tūor* Christi. Nam quē admodū panis nostrū corpus, ita *θεάθρωσ* Christus animā nostrā nutrit, sustentat & sovet. 2. Respōdes: Concedatur aliqua analogia, sed num ea consistit in fractione? Credite omnes Zuinglius dicit. Regero, Negate omnes, Hunius eam negat. Contrarium autem à Paulo indicatur hoc est corpus meū, quod pro vobis FRANGITUR. Hoc verbum nobis contra omnem sophisticam sufficit. Nec Zuinglius primo hanc Analogiam docuit, sed ante eum multis seculis August. Cum panis Frangitur, quid alius significatur, quam OBLATIO sanguinis in cruce. Injuriam itaque facis Zuinglio, quod ea illi affingis, quæ alii debentur.

54. Porro Analogiam inter archetypum & ipsum typum conati sumus probare, ex 6. cap. Joh. ubi se vocat Christus panem, & vicissim panem vocat in sacra Cœna suum corpus, quæ permutatio nominum, Analogiam evincit: August. & Theod. teste. Regerit ille nihil ad Cœnam facere 6. cap. Joh. ad quod probandum affert, auctoritatem quorundam Theologorum, r. Est fallacia a dicto secundum quid, ad dictum simpliciter. Non pertinet ad ceremoniam Cœnæ. Ergo simpliciter non pertinet ad cœnam, pertinet enim ad PROMISSIONEM. Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur. Haec enim promissio desumpta est ex 6. ca. Joh. & symbolis panis & vini confirmata. Quam ob causam patres in Homiliis præsertim ad populum eum locum ad Sacramentum Eucharistiae accommodarunt.

55. Deinceps sic argumentati sumus. *Omnia Sacra* ²⁶
menta

habent Analogiam cum signatis. Panis est Sacramentum corporis. E. Hic disputator, largimur A L I Q U A M analogiam in Sacramentis, sed quæ ab ea quam tu singulis, toto cœlo distat. quæ videlicet sit communis omnibus sacramentis, & cujus tota vis consistat in SIGNIFICANDO quæ sententia cum Sacramentorum novi Testamenti in institutione pugnat. R. Quam largiter tu nobis concedis aliquam tandem Analogiam, tam prompte nos illam acceptamus. Sed videamus quanta sit discrepantia inter tuam & nostram Analogiam. Committo vero thesin sequentem cum hac ipsa. In illa rejicis Analogiam, quæ communis sit omnibus Sacramentis, & cujus tota vis consistat in FIGURANDO & SIGNIFICANDO. Hic admittis Sacramentorum inter se, quæ constat verbo & elementis externis, in quibus aliud sensibus videtur, aliud ex verbo & juxta verbum intelligitur. Prior, si propriè intelligatur, nihil incommodi in se habet. Cum enim signum nihil aliud sit quam ens sensile, cognoscendi signatum significans: Signatum quod cognoscenti à signo significatur, Sacra menta omnia in significando, consistere dici possunt. Quemadmodum vero signum aliud est notificans, quod nos in ignotæ rei notitiam dedit, Græce γνωστικα: Aliud commone faciens, quod nobis rei alicujus memoriam revocat, Latine monimentum, Græce μνημα: aliud signum testificans & obsignans, quo de aliquo nos certificat & confirmat, Græce συγγραφη, Latinæ sigillum: Sic quod significat, aut notificat, aut commone facit, aut obsignat. In latissima hac & propriissima significatione si accipiatur, Sacra menta omnia significantia erunt, cum non tantum praeter speciem sensibilem aliud faciant in cognitionem venire sed & de re nota nos commone faciant, animoque idem obsignet. Hinc signa gratiæ vocantur, quæ promissionibus divinis adjiciuntur, & de gratia Dei erga nos testantur. Quare non simpliciter sunt signa, quæ tantum pingant & signifit

cen

cent res promissas à D E O: sed ~~opacitatis~~ seu obsignationes, quæ credentibus res promissas obsignant.

56. Sacraenta vero novi Testamenti, in lata hac significacione, significantia sunt. Sic per verbum S I G N I F I C A T, interpretantur verba Domini, Ambrosius, August. Prosper, Dionysius, & Fulgentius. Ambros de iis qui initiati sunt, cap. 9. ante benedictionem panis nominatur, post benedictionem corpus Christi S I G N I F I C A T V R: Citatur à gratia, no. D. 2. de consec. c. ante Bened. Idem in I. Corinth. II. *Quia morte Domini liberati sumus, hujus rei memores in edendo & potando, carnem & sanguinem Domini, quæ pro nobis oblata sunt S I G N I F I C A M U S* August. de Verb. Domini super Lucam Serm. 28. Ergo tu audi, quod quoties cunque offeritur Sacrificium, mors Domini, resurrectionis Domini S I G N I F I C A T U R. Idem de doctr. Christiana lib. 2. cap. 9. *Sacraenta corporis & sanguinis sui prægustando S I G N I F I C A V I T quod voluit.* Idem in Sent. Prosp. dist. 2. de conse. c. *Cum frangitur hostia, dum sanguis de calice in ora fidelium funditur quid aliud quam Dominici corporis in cruce immolatio, ejusque sanguinis de latere effusio D E S I G N A T U R* Dionys. de Ecclesiast. hierarch. cap. 3. *Superpositis divino altar venerabilibus signis, per quæ Christus S I G N I F I C A T U R & participatur.* Fulgentius referente Haymone *Hic calix est novum Testamentum, id est hic calix quem vobis trado novum Testamentum S I G N I F I C A T.* Vides itaque Sacraenta novi Testamenti commode significantia etiam dici posse. Si vero significationem accipias, ut vulgo accipitur, pro N O T I F I C A T I O N E tantum, admittimus ferri illam non deberi, nec posse. Sic itaque arguo. Aut priori aut posteriori modo interpretabere tuum effugium. Si priori, plane tua Analogia cum nostra conveniet, & tum committo Thesin vigesimali septimam cum vigesima octava. Sin

posteriori, aërem verberas, cum & nos Sacramentorum naturam, non tantum in notificando, sed & confirmando ponamus. Sacra menta enim non tantum signa sunt: sed & sigilla. Non tantū significant: sed etiā exhibent promissabona.

29.30.

31.32.

33

Thesin 29.30. approbamus. 31.32.33. hæc adjicimus, illa omnia & simul vera, & falsa esse posse, prout intelligantur. Falsa si in corporali præsentia Sacra menta novi testamenti consistere, dicas. Vera, si non exhiberi tanquam exhibendum, vel omnino absentem: sed tanquam exhibitum, & spiritualiter præsentem, non in pane, sed in verbo promissionis accipiatur. Legitimus enim seu verus Sacra menti usus est, cum fides promissioni Divinæ adhibita, vivificat, perterrefacta corda. quod fide Et accipientur, res in Sacra mentis oblata, testatur Lutherus vid. Thes. 44. 45. Quibus hæc adjicimus. Contra Bullam Leonis Tom. 2. Lat. 97. a. In omni Sacra mente est verbum promissionis divinæ, quod affirmative promittit & exhibet gratiam Dei, ei qui suscipit Sacra mentum, ubi cunq; autem Deus promittit, ibi exigitur fides audientis, ne Deum faciat mendacē sua incredulitate. Quare in Sacra mentis suscipiendis, necessaria est fides suscipientis, quæ credat id quod promittitur. Et postea. Sic in Sacra mente panis datur corpus Christi in verbo istius promissionis, accipite, manducate hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. Oportet ergo manducantem omnino & firmiter credere, corpus Christi non tantum pro aliis, sed & pro se esse datum & sanguinem Christi, pro se fusum, in remissionē peccatorum. Sicut verba promissionis aperte sonant. Alioqui irridebit promissionem ipsam Christi & judicium sibi manducabit. Tom. 2. vero W. Lat. fol. 79. b. inquit Sacra menta non impletur dum fiunt: sed dum creduntur. Ita nec verum esse potest, Sacra mentis inesse vim efficacem justificationis, seu esse ea signa efficacia gratiæ. Hæc enim omnia

dicunt-

dicuntur in iacturam fidei ex ignorantia promissionis divinæ Hinc in Gen. c. 12. f. 149. b. Tom. 6. Vv. Latin edit. 56. Promissio & fides naturaliter & inseparabiliter cohaerent, quersum enim attinet promittere, quod si non adest, qui credat? Relata igitur sunt promissio & fides. Idem Tom. 2. v. f. 80. a. L. Nos vero aperientes oculum discamus, magis verbum, quam signum magis fidem, quam opus seu usum signi observare sciētes, ubi est PROMISSIO IBI REQUIRIFIDEM, esseq; utrumque tam necessarium, ut neutrum sine utro efficax esse possit. Nec enim credi potest nisi ad sit promissio, nec promissio stabilitur, nisi credatur ambæ vero, si mutuæ sint, faciunt veram & certissimam efficaciam Sacramentis. Quare efficaciam Sacramenti citra PROMISSIONEM & fidem querere est frustra niti & damnationem invenire. Sic Christus qui crediderit, & baptizatus fuerit salvus erit, qui nō crediderit condemnabitur. Quo monstrat fidem in Sacramento adeo necessariam, ut etiam sine Sacramento servare possit, ideo noluit adiicere, qui non crediderit & non baptizatus fuerit. Videatur etiam in Catechis. maior in form. concord. edit. Dresden Anno 80. fol. 219. a. Die Sacramenta erfordern den glauben / denn ohne den Glauben kan man sie nicht fassen. Item: Der Glaube ist so nötig in den Sacramenten / daß ohne den nichts empfangen oder genossen kan werden: In confess. vero maior edita Dresden in concordia Anno 80. p. 224. Das ist nu die ganze bereitung des Sacrament würdig zu empfahlen / denn weil solcher Schatz gar in den worten gefunden würde / kan mans nicht anders ergreissen vnd zu sich nemen / denn mit dem herzen. Dann mit der Faust würde man solch Geschenk vnd ewigen Schatz nicht fassen. Fasten vnd beten / etc. mag wol ein eusserliche bereitung vnd Kinder übung sein / daß sich der Leib züchtig vnd ehrbietig gegen dem Leib vnd blut Christi hält vnd geberdet. Aber dz darinn vnd damit gegeben wirdt / kan nicht der Leib fassen noch zu sich bringen. Der Glaube aber theet es des Herzens / so daß sol-

chen Schatz erkennet vnd sein begeret & pag. 223. b. Darumb heisst es
 woleinspeiss der Seelen / die den neuen Menschen nehret vnd stär-
 cket, Hine in catech. minor de Sacram. alt. Die wort voneuch
 fordern / eytel glaubige Herzen. Breviter. In postill. Eccles. super
 Epist. Nat. Chris. ex Ep. ad Tit. 2. f. 62. Darumb sihestu auch / dz
 man dir Christum nicht gibe in die Hand/ legt ihn nicht in den Kasten/
 stecke dir in nicht in den Busen/ vnd gibst dir in nicht ins Maul/ sondern man
 erträgt dir ihn vor allein mit dem wort vnd Evangelio/ vnd heist in durch
 dein ohren für dein Herz/ vnd beut dir in an/ als den / der für dich für
 deine vngerechtigkeit sich gegeben hat. Darumb kansstu in auch mit kei-
 nen andern/ denn mit dem herzen auffnehmen/ das thustu wenn du auff-
 thuest vnd sprichst mit herzen/ ia ich glaub es sey also/ sihe/ also gehet es
 durchs Evangelium zu den Ohren ein in dein Herz/ vnd wohnet allda
 durch dein glauben. Da bistu den rein/ vnd gerecht / nicht durch dein
 thun/ sondern durch den gast/ den du im Herzen durch den glauben hast
 empfangen. Tertulliani sententia concludo, *quod esca carni, hoc*
animæ fides est: quod cibus corpori, hoc Verbum spiritui. Cernis itaq;
 res, quæ significatur cōmunicari Dei quidem donantis respe-
 ctu per S. Sanctū. Nostrī a. respectu per fidem, per quam solam
 Christus cum suis beneficiis omnibus a nobis apprehēditur.
 58. Cum in Sacramentis res intelligibilis, seu significata nō
 nisi modo spirituali percipi possit, fit sāpe numero, ut qui sa-
 cramenta sumit, nihil minus, quam rem ipsam percipiat. Re-
 spectu enim institutoris integrum communī cantibus offer-
 tur Sacrementum, respectu vero communicantium, si quis
 non credit, res significata quibusdam non prodest, quia
 incredulitate respuitur seu reijcitur. Vnde Augustinus
 super Leu. 7. quæstio. 84. *Nihil profuit Siraoni mago visibili*
 Baptismus, cui sanctificatio invisibilis defuit. Ad solos itaq;
 fideles, ad quos promissio gratiæ pertinet, & in quorum gra-
 tiam certis sigillis eadem obsignantur referri ea debent. Fi-
 des itaque ad rem Sacramenti sumendam necessaria. *Nam per*

fidem

fidem habitat Christus in membris nostris Eph. 3. v. 17. Si quis vero non eredat, nee verbum, nec sacramenta prodesse possunt. Hinc Lutherus in postill. Eccl. Wer die Zeichen hat (welche wir Sacra menta nennen) vnd nicht den Glauben, der hat ledige Sigel mit einem Brieff ohn Schriften. Idem in confess. major, p. 224. Wer da glaubet, der hat wie die Worte lauten / vnd was sie bringen. Wer nuhn im solches laest gesage sein / vnd glaubt das war sey / der hat es: Wer aber nicht glaubt der hat nicht als der im umb sonst laest vor tragen / vnd nicht wil solches heilsamen Gutes geniesen. Der Schatz ist wol auff gehan vnd sederman vor die Thür / ia auff den Tisch gelege. Es gehört aber darzu, dass du dich auch sein annemest / vnd gewisslich darvor haltest / wie dir die wort geben. Vide etiam locum ex com. in Gen. ca. 48. F. 699. Si credis habes, si non vis credere: nihil habebis.

32

59 Th. 32. hoc addi cupimus, cum Baptismus *la vacrum rege- nerationis* dicitur Tit. 3. v. 5. Cum item *ablutio peccatorum* dicitur Actor. 22. versic. 16. illas locutiones impro prias esse dicimus quæ æquipollent tum his, baptismus est signū ablutionis, &c. Idque manifestum ex analogia signi & rei signatae, tum ex ob signatione rei per signum, quatenus nempe exhibitio rerum coniuncta cum signis. Quis enim efficaciam ablutionis ipsis signis ascribere ausit. *Abluti estis sanctificati estis in nomine Iesu per SPIRITVM Dei nostri i. Cor. 6. v. 11. Ego baptizo aqua, qui post me evenit Baptizabit vos S. Sancto & igni Ioh. i. Neque qui rigat neq; qui plantat est aliquid: sed qui dat incrementum D^EUS i. Cor. 3. v. 7.* Hinc Au. in Iohan. Tract. 80. Unde tanta virtus aquæ ut corpus tangat & cor abluat nisi faciente VERBO non quia dicitur, sed quia creditur. Vide Disputatoris corolla. I. MYSTERIVM enim ablutionis, seu conversionis fit in corpore Au. l. 4. de Bapt. cont. Don. c. 24. *Sicut n. sordes corporeas aqua ita spiritus ani- mā abluit à peccatis.* Idem Au. li. Qu. Veter. & Novi Test. Qu. 59

34

60. Veritas autem assumptionis nostri syllogismi qua fra-
ctū panē sacramentum appellamus, supra demonstrata est vid

Theſ-

Thef. 20. Nec enim negamus Sacramentum accipi interdum pro tota actione. Interim & hoc affirmamus. Sacraenta proprius ritus esse in oculis incurrentes. Uide Lutherum paulo ante Præter Lutherum vero auctores huius significationis habemus insignes. D. August. epist. 5. Signa cum ad res Divinas pertinent, SACRAMENTA appellantur. Epist. 50. Qui non querunt Spiritum Sanctum in Christi corpore, eius habent foris SACRAMENTVM, sed REM ipsam non T E N E N T intus cuius est illud Sacramentum, & ideo iudicium sibi manducant & bibunt. Idem sent. 339. Qui discordat a Christo, nec corpus eius manducat, nec sanguinem bibit etiam si rei tanta Sacramentum, ad iudicium accipiat. Et alibi non comedit Christi corpus, qui non est in corpore Christi. Et Tr. 24. in Iohannem, de mensa Dominica sumitur quibusdam ad vitam, quibusdam ad exitum. Res vero ipsa cuius est Sacramentum omni homini ad vitam, nulli ad exitum, qui cuncti eius particeps fuerit, &c. In quo Christus non manet, procul dubio nec manducat spiritualiter, licet carnaliter & visibiliter premat dentibus Sacramentum corporis & sanguinis Domini: sed magis tante rei Sacramentum ad iudicium sibi manducat. Hinc mandatio Sacramentalis illa aliquando dicitur, quæ est signorum sensibilium, & quæ fit ovis instrumento. Huic opponitur *spiritualis* quæ fidei oculo accipitur. Hinc Lomb. libr. 4. sent. Dist. 9. Sicut sunt duæ res illius Sacramenti, ita & duo modi manducandi, unus Sacramentalis, quo boni & mali edunt: alter *spiritualis*, quo soli boni manducant, quamquam in posteriori significatione *manducatio* translate accipiantur. Ex quibus porro & hoc colligimus, ad reatum corporis & sanguinis Christi, non esse opus ORALI manducatione: sed Christum oblatum nolle fidere recipere. Vide etiam Euseb. Em. ss. de consec. Dist. 2. c. Breyter eodem modo nos hic accipimus vocabulum Sacramenti, quo definit Hugo in lib. de Sacram. lib. 6. par. 2. 12. Sacramentum est MATERIALE ele-

mentum

mentum, EXTRINSECUS oculis suppeditum, ex institutione figurans & similitudinem repräsentans.

61. Sed pergit occinere. Et libenter ex te disserem, quo tandem

scriptura argumento, aut specie veritatis comprobaveris Analogiam istam. Ut panis ad hanc vitam caducam: Sic caro Domini ad vitam

eternam. R. Age docebo te. Disce itaq;, nisi esset Analogia, non esset permutatio nominum. Vid. sup. Thes. 37. 41. 43. ex

Theodoreto & Augustino. Tum Ipsius D. Lutheri verba, hic nobis suffragantia, supra adduximus, ex confessione majori

2. Analogiam hanc probamus ex natura omnium Sacra-

mentorum, quicquid enim generi inest, inest & speciebus.

Generis natura consistit in relatione signi, ad rem signatam,

hanc generalem Analogiam applica omnibus Sacrementis

in specie, & differentiis suis determina, & in propatulo vide-

bis, cum nostra concordantiam.

62. Frivolum vero Disputator tuum est effugium, dum

infers, panem cœna abhunc usum non consecrari, ut panis nutritiat ad

hanc naturalem vitam & affers exemplum Corinthiorum, qui propte-

rea puniuntur, quod Sacram Cœnam, in ventris cibum converterint.

R. Quis vero hoc asserit? Larva est quam tibi oppugnan-

dam fingis. Dicimus panem esse ordinatum ad hoc, ut vi sua

nutritia, spiritualem nutritionem repräsentet. Necesse est

igitur, ut vim nutritiam in se habeat, Hinc pontificii ca-

nunt in festo corporis Christi Dedit FRAGILIBUS COR-

PORIS FERULUM dedit & TRISTIBUS SALUTIS POCU-

LUM dicens accipite quod trado vasculum omnes ex eo bibite. Huc

respexit Luth. inconcione de accept. Sacram. Tom. 3. Jen.

pag. 159. b. wie gehets dann zu/das wir alle ein Brot schyn/vnd ein-

ander essen? Also gehets zu/wannich das Sacrament esse so issset es

mich wider/Eusserlich esse ich das Sacrament: innerlich vnd geistlich

esse vnd nehme ich alle Güter Christi vnd ihn selbst/gleich als wenn ich leiblich brot

e sse/das mich stärkt. Et p. p. wann ich mich gemein mache/ vnd diene

N.B.
A N A -
L O G I -
A M .

dir/das du mein genuessest/wozu du mein bedarffst, so bin ich deine speise/eben als du des Brots genuessest/wenn du hungerich bist/das dein Leib vnd dein hungerigen magen Hass vnd Kraft giebt Ad secundum tuum effugium sic respondemus. Habet analogia quidem omnis verus panis, imo quævis, particulaveri panis in Sacramento accepta, verū nō ad satietatem, sed ad sanctitatem: ut loquitur symb: Nicenum 3. Irenæi dictum, ultrò amplexamur, qui inquit, panem Coenæ non esse communem panem, sed Sacrae rei destinatum, interim ille non negat Eucharistiam constare ex duabus rebus, terrena & Coelesti, quarum illud es carnis, ut loquitur Cyprianus, hoc vero affectu non manu, voto non oculo, fide non sensibus sumitur: ut loquitur D. Bernhard. in festo Mar. serm. 28. super cant. 4. Locum Theodoreti tibi opponimus, qui aperte hoc indicat, naturam panis non mutari: sed gratiam adjici. Si panis natura non mutatur, nutrit. Gratia autem huic adjicitur, quæ debet credi, quod symbolis annexatur premissio gratiae, non ore comedenda sed fide accipienda. Hæcigitur Analogia non habet auctorem Calvinū, sed Theologos alios & recentes & veteres D. Hier. in Matth. c. 26. ad Hed. q. 2. Christus assūtopane, qui CONFORTAT COR HOMINIS, veritatem corporis sui representavit. Huic adjunge Bedam in Lumenpanis ad Christi corpus MYSTICE, vinum ad sanguinem REFERUNTUR. Vid. Thes. 9.

63. Porro, & Analogiam quæ ab aqua Baptismi deducitur, rejicis. Sicut aqua Baptismi sordes exteriores hominis purgant: ita sanguis Jesu, interiorempurgat. Ac primo quidem protasisin, innixus loco prior. Pet. Tertio versicul. 21. Baptismus salvos nos facit, non carnis sordes abiciendo. R. Sensus dicti illius hic est. Baptismus qui est virtus servationis Noachi, servat nos. Id jam declarat quomodo præstor, Nempe non vi externæ illius ablutionis, qua sordes corporis deponuntur: sed vi Spiritus sancti, confirmatis in cordibus electorum fidem remissionis peccatorum, partæ per mortem Christi, & testatæ per ejusdem resurrectionem, atq; ita in illis efficientis bo-

nam conscientiam. Distinguimus itaq; inter Baptismum exte-
riorem & interiorem. Hic ut *κιενον αὐτὸν εὐεργόν* servat. Non
itaque impugnat nos , quod dicitur Baptismus servare , non sordium corporis ablutione: cum & hoc nos indu-
dubitatu tencamus: & cum testimonium dicamus, pignus, Sa-
cramentum, interioris ablutionis. Hinc Luth. in Post. Eccl.
Es kan auch einer gläuben / wenn er schon nicht getauft ist/denn die
Tauffe ist nichts anders/als ein eusserlich Zeichen/ daß vns der Gött-
licher Verheisungen ermahnen soll. Tum Tom. 4. Jen. F. 397. edit.
Ann. 1558. Ad hanc aspersio[n]em pertinent, Sacra[m]enta, Baptismus
& Cœna Domini. Vtr[um]q[ue] enim aspergimur sanguine Christi. Nam &
in Baptismo Baptizamur in mortem Christi, & in Cœna Domini dis-
tribuitur Ecclesia , corpus & sanguis Christi. Sic in ministerio verbi,
audimus etiam hanc aspersio[n]em, quod Christus satisfecerit pro pecca-
tis mundi, neg. hinc aliud restat, quam ut sicut hoc audimus in verbo,
& scut in SYMBOLIS FIDEI nostræ offeruntur, & exhibentur no-
bis: ita firmiter credamus & erigamus FIDUCIA HUIUS ASPER-
SIONIS animas nostras. Audi etiā Brent. in exeg. pag. 125. edit.
Hagi An. 1527. CORPUS in Baptismo AQUAM accipit quo lava-
tur, FIDES VERBUM quo interne lavatur. Analogiae auctores
vide sub Thes. 59.

64. Äqui pollentes autem esse has propositiones asseri-
mus, quod pro vobis frangitur, & quod pro vobis traditur, idque au-
toritate Euangelistarum & Pauli. Cum quod illis sit pro
nobis tradi, huic sit pro nobis frangi. Huius expositionem tu-
is glossis præferimus. Interpretatio tua secunda plane à no-
bis repudiatur 1. cum contraria sit verbis luculentis ipsius
Christi 2. cum repugnet consensi orthodoxo , Quid quod
Osiander tuus interpretatur Fractum immolatum ? Eam
vero admittimus & probamus, quod pro vobis frangitur. 1.
Quod pro vestris peccatis expiandis datur.

65. Thesis 37. sanc si intelligatur admittitur.

III. P A R S.

66. Ad tertiam partem transibimus. Vbi statim in limine, non *Fringillæ*: sed *cuculi alicuius* cantum audio. Negat enim mandatum expressum nos habere: quibus agnosciam evincamus. Sed sciat Disputator, Dominum non minus fractionem, quam benedictionem & distributionem, sedulo præcepisse, dicendo, HOC FACITE. Quod item Lutherus agnoscit. Hoc au negandum tibi erit, aut ad castra nostra transeundum. Non prius: Lutheri enim fateris te discipulum. Ergo posterius.
67. Sed ad rem. Syllogismus primarius à nobis prepositus hic fuit. *Ministri est omnia facere ex prescripto & mandato Domini Christus nos iussit panem frangere.* E. respondes, est elenchus a dicto secundum quid ad dictum simpliciter. Non enim omnia quæ fecit Christus, mandantur nobis ut faciamus, &c. Rx. mutas genus prædicationis, nec enim nos affirmamus omnia illa nobis mandari, quæ ipse Christus tantum præstít, sed quæ præstít, & præstanda nobis reliquit. Was er gehan hat vnd gelchrt / das sollen thun vnd lehren. Taceo, quod ipse Lutherus monet in lib. de ab usu Mls. To. 7. Vv. F. 295. q. actio Christi merito esse debeat nostra institutio. Nun wer es aber überflüssig genug/ Christi vnd der Apostel werck vnd Exempel / die weil wir glauben/ das alle werck Christi was zu einer Ehre geschehen seind/ wie er auch selbst sagt: Ich hab euch ein Exempel gegeben/ gleich wie ich euch gehan hab / das ir auch also thut/re. Und hat an diesem Ort geschen die zukünftige wölffe/ da er spricht: Thut / das ir mein gedenket: was sollen sie thun / das ich iess mit euch ihue/re. Secundo respondes, in ceremoniis non requiri mandatum. Quid audio? Elleboro digna sententia Annon enim ceremoniæ agni paschalis Israelitis mandabatur, ut tacitus omnes alias præteream: Annon Benedictio & distributio nobis mandantur: Anathema sit, qui affirmat nullas reperiri ceremonias novi Testamenti, quæ innitantur mandato divino. Apage itaque cum isthoc tuo figmento.
68. Tertiumtuum effugium tale est. *Apostolus refert rō hoc facere*

cite

cite ad comedionem & bibitionem R. Sed quid si concedamus hoc? quid absurdum? nihil. Ergo non poterit referri ad fractionem. Nego, si enim mandatum hoc referetur ad comedionem & bibitionem tantum, valeret tuum effugium. Sed Luther teste 2. Tom. Jen. in lib. de abusu Miss. p. 22. a. & Tom. 7. v. F. 297. refertur etiam ad fractionem & Distributionem Verba eius haec sunt. *Institutione collationem inter antichristum & Christum: Hic frangit panem, eumque omnibus distribuit, hic specimen tantum habet fractionis. Cur non observant mandatum hoc facite? Cur recedunt hic a Christo? Item p. 295. Habet mandatum & exemplum Christi, hoc propone omnibus Diabolis. & pp. HOC FACITE ad mei commemorationem, quid facient? quod modo E G O FECI: quid vero fecit? Accepit panem & vinum, &c. Et observari à te velim vocabulum τέτο ποιεῖτε quod Lutherus vertit solches thus! Quibus docere nos voluit, ad antecedentia etiam pertinere hoc mandatum, nempe quæ ipse Christus fecerat.*

69. Sed infers, ergo etiam in palatio diversorii celebranda erit: Respondeo, distinguendo inter circumstantias accidentarias, & inter fractionem panis quæ pars actionis est non ~~accidentis~~ seu circumstantia. Circumstantias accidentarias, ut diversorum, vel circa noctem celebrare, sedere, aut accumbere, &c. inter ceremonias mandatum non habentes referimus. Fractionis vero ritum, inter illa, quæ mandatum habent, collocamus. Cui enim extrema præcipiuntur, eidem etiam medium præcipietur. Pudeat itaque te, quod in diversorio diverticulum, in vespera latebras, in discubitu præsidium quæris. Et quomodo quæso ad ea tantum refers τὸ hoc facite quæ discipuli præstabant, cum manifestum sit, illa sine his fieri non potuisse, nihilque possit in Sacramento accipi, edi, bibi, ubi nihil benedicitur, frangitur, vel distribuitur?

70. Sed pergis. Instat (me intelligit) Si τὸ hoc facite præcipi-
tantum consilio, tantum ut discipulis, non ut communicantibus

principetur. At pertinet etiam ad administrantes, cum iis extrema præcipiantur. E, respondes 1. Contradicere nos Apostolo. Imo tu contradicis Apostolo, cum mandato, hōc facite, nitatur & sancta sit institutio, & celebratio totius Sacramenti. Ad hanc vero non pertinent tantum, quæ discipuli peregerunt: sed & quæ Christus ipse. Breviter, Christus mandato Hoc facite, sancit quid Apostoli, quidq; vñiversa Ecclesia deinceps, circa Eucharistiam peragere debeat: testimonio ipsius Lutheri q; vid. sup. Secundo respondes, si transferas rō hoc facite ad totā actionem: distinguo inter id quod necessarium, & indifferens. R. Non est attendendum, ubi tu distinguas, sed distinctiones tuæ sunt conformandæ ad normam sacræ Scripturæ. Illa autem mandata nobis libera, & in differentia esse negat. Ministri enim (ut supra dictum) est facere omnia ex mandato Domini. Videlimus itaq, rō hoc facite, ad ea quæ fecit Christus circa panem & poculum referendum esse.

71. Pergis occinere distinguendo *inter fractionem ipsam, & modum fractionis*. Fractionem concedis necessariam esse, modum vero eius negas. R. I. Ergo fractionē ut necessariā admittis. Sic habeo Fringillā in veprecula 2. in modo a. illius fractiōis tātū abest, ut à nobis dissentias, ut potius re ipsa convenias. Ad libertatē enim Ecclesiæ pertinet, præscribere certam formam, rationem, & modum ceremonios institutas peragendi, hac nempe vel alia forma benedicendi, frangendi, distribuendi, prout circumstantiæ temporum, locorum, & ædificatio Ecclesiæ postulant. Sed nobis non de ceremoniarum externalium forma: sed de earum necessitate nunc est quæstio. Sed si rete auguror, hic cantus, insolens aliquid portendit. Sufficere enim putas si privatim domi frangatur. Hoc enim effigium tuum fuit, cum privatim aliquando de hac ipsa materia tecum conferrem. Sed meminisse debebas, non quæri de fractione quæ sit extra Ecclesiæ conspectum, sed præsentibus

cōmunicantibus & Ecclesia. Quemadmodum enim Eucharistia, & distributio, in conspectu horum peragenda: sic & fractione. Modus autem illius fractionis indifferens est.

72. Ratio nostra secunda hæc fuit. *Nihil agere potes quod sit acceptum Deo, nisi ex fide agas, & certa ordinatione Dei: si secus, dubitatem habebis conscientiam.* Hic mones, nos ea tibi opponere, quorum ipsi convincamur. *CHRISTUS enim inquit: Hoc est corpus meum. Interim tanto intervallo nos facere distare corpus à coena, quantum supremum coelum a terra.* Responsi. Hic sciat Christianus lector, non tolli à nobis corpus Christi ex Cœna, ut hic calumniatur: sed tantum ex pane. Hinc Philippus in colloquio Vvormatiensi: promissio de præsentia & communione corporis Christi, non ad symbola, sed ad sumentes pertinet, cum verba Cœnæ non propter panem, sed propter hominem recitentur. In usu vero nos sibi membra facit & efficax est. Hinc in nobis ille habitat, & nos in illo. Distantia itaq; coeli & terræ tatum obstat, ne corpus Christi, in cœlo existēs simul sit corporaliter in pane, nō a quo minus ut sit in cœna mystice ac per fidem māducetur. Nam fides nostra in verbo promissionis pani & vino annexæ corpus Christi, & sanguinem, omniaque eius beneficia, præsentissima sibi intuetur & amplectitur. Et quod corpus Christi in S. D. Cœna præsens, non in elementis, sed in verbo elementis annexo: non ori sed cordi: nec localiter sed mystice & spiritualiter accipiatur, confirmat Chrysostomus supra adductus. Ne putetis accedentes ad hæc mysteria, quod accipiat divinum corpus ex homine, id est, ministro. Non autem prætereunda sunt aurea illa verba Lutheri, quæ reliquit nobis Tomo septimo, Vvittenberg. G. folio trigesimo octavo, b. in sermon. von dem Bann: Wie im Sacrament zwey Dinge seind / das Zeichen / vnd die Bedeutung: Also ist auch zweyerley Gemeinschafft. Die erste ist nāmlich geistlich vnsichtbarlich im Herzen. Das ist / so jemand durch rechten Glauben / Lieb vnd

hoffnung

Hoffnung eingetrieben ist in die Gemeinschaft Christi/ vnd aller Heiligen/ welches bedeutet wird im Sacrament/ vnd das ist das Werk / vnd die Kraft des Sacraments/ diese Gemeinschaft muss allein Gott selbst durch seinen heiligen Geist eingesetzt / in das Herz des Menschen/ der da glaubt an das Sacrament. Die ander Gemeinschaft ist außerlich / leiblich vnd sichtbarlich / so jemand zugelassen wird/ daz er das Sacraments heilhaftig wird/ vnd dasselbig sammt andern empfahet vnd geneuft. Hinc in Gen. cap. 47. fol. 688. b. Tom. 6. W. L. Edit. 56. *In nostro Baptismo & Cœna Domini prius est instrumentum medium quo dat mihi Christus corpus suum, atq. ita revera pascit & cibat nos Deus, non minister.* Substantialiter autem non esse in pane, hinc apparet: quia alioquin cœna non amplius esset celebranda. Apostolus enim jubet nos de pane edere, & de hoc poculo bibere, & mortem Domini annunciare, donec veniat. At procul dubio celebratio Cœna non est intermittenda, sed debet ad finem mundi usq; continuari. Christus igitur nondum venit, nec ad est corporaliter in pane. Impia vero est distinctio illa vestra inter corpus visibile & invisibile, si invisibile in se intelligatur. Necessario enim alioquin duplex etit Christus, quorum alter visibilis fuit, & sedit ad mensam, alter vero invisibilis & fuit in pane. Firmiter vero teneat æquus lector, nos Christum ex Cœna non tollere. Durante enim unione cohærent res & signa. Vid. Thes. 57.

73. Quod Beza attinet, is loquitur de corpore Christi juxta natura consequiam, ut loquitur Lutherus, non juxta munera gratiam: seu de corpore Christi absolute loquitur, non relate. Si enim absolute considerem corpus Christi, seu juxta natura consequiam, in Cœlo illud erit. Si relate, cum signis illud exhibebitur. Calvinus dextrè est interpretandus, nec enim negat ille ipsissimum corpus, & ipsissimum sanguinem Christi in Cœna nobis offerri (Vid. cap. 17. libr. 4. institu-

tionum Christian. Relig. §. 10. & 18.) sed per substantiam carnis intelligit ille Christum corporaliter non esse præsentem, sed spiritualiter seu virtualiter. Ideoque præsentiam non negat: sed modum illum crassum, dum corporaliter præsentem fingitis, negat. Idem & August. sensit, *Manducavit manna Moïses, Aaron, & Phinices & multi alii, qui Domino placuerunt & mortui non sunt. Quare: quia visibilem cibum, spiritualiter intellexerunt, spiritualiter esurierunt, spiritualiter gustaverunt, ut spiritualiter satiarentur.* Nam & nos hodie accipimus visibilem cibum sed aliud est SACRAMENTUM, aliud est VIRTUS SACRAMENTI. Sacerdotem si requiras, supra cœlum est. Pudere autem te vehementer deberet, quod cineres tantorū virorū & ossa adeo petulanter exagitas, ut vivis & mortuis bellum simul indixisse videare. Similiter à nobis factum non memini. Parce, parce itaque illis imposterum.

74. 2. *Quam Christi ordinem & exemplum turbes, non vero imitare, videre est ex præcedentibus.* Gratiarum enim actionem & distributionem necessarias esse ceremonias agnoscis: qua igitur audacia fractionem, quæ inter utramque collocatur media, non agnoscis? Argumentum hoc non meum, sed ipsius Lutheri est, qui in libello de abusu Miss. inquit, *quod si ergo coena conformis exemplo, & institutioni Christi esse debeat, non potest celebrari, quin frangatur panis, & multis distribuatur a Sacerdote.* Quando Lutherus hæc scripsit, Lutheriana est veritas nunc cum à nobis scribitur, Zuingliana est Tyrannis, & Calvinistica hæresis. *Quam validum autem fuit hoc argumentum contra pontificios, qui fractionem quidem habebant, Distributionem vero neutquam: tam validum etiam erit contrate, qui distributionem quidem habes, sed non fractionem.* Tertia tua exceptio nulla est, cum nitatur falsa hypothesis. Demonstra enim primo Fractionem esse rem ad iaphoram. Hic labor hic cura,

75. Tertiā nostrā rationē exēplis contrarijs evertere cona-
ris, sed scias somnia illa esse, nulla auctoritate S. Scripturæ
nitentia, Sacramentales enim Analogias in Scriptura funda-
tas esse oportet. Hęc nostra talis est. vid. sup.

76. Quartam nostram rationem sic eludis. *Quod necessari-
um est respectu mandati & finis, non est omittendum.* Fractio panis
necessaria est, ratione habita mandati & finis Coena. E. Assumptio
probatur. 1. à dūpunc passionis & mortis Christi est finis coena. Fractio
panis fit ad à dūpunc passionis & mortis Christi scilicet in hac facta est
nervorum laceratio, &c. quod anima fidelis intelligit, cum panem vident
frangi. Respondes. Crambem bis coctam nos apponere. R. Sed
hęc vel magna coecitas est, vel malitiosa improbitas. Negari
enim à te non potest, finem Cœnæ Dominicæ esse mor-
tis commemorationem. Fractionem panis vero repræsenta-
re mortem, item negare non poteris, ut patet ex thes. 51. 53.
Statuis enim hoc est corpus meum, quod pro ipsis frangi-
tur, esse locutionem metaphoricam. Expositionem ita-
que Metaphoræ urgamus, quam si dederis, æquipollat
huic. Quemadmodum panis frangitur: ita corpus Christi
laceratur & crucifigitur. Tum finem fractionis panis esse
à dūpunc mortis Christi, luculenter appetet ex illo Augustin.
*Dum panis frangitur, quid aliud quam Dominici corporis IMMOLA-
TIO, SIGNIFICATUR.* Beda presbyter super Lucam, & Hay-
mo episc. in explicat. cap. 11. ad Corinth. Fregit Christus pa-
nem, quem discipulis porrexit, ut ostenderet, hoc est, oculis
subiiceret, CORPORIS SUI FRACTIONEM & passionem volun-
tariam, seu spontaneam, sicut antea dixerat, potestate habeo animam
meam ponendi. Dionysius vero in Eccles. Hier. 3. sic in-
quit. Aspectui subiicio opus redēptionis tuæ, passionem per
fractionem panis. Considera paulo altius simile Chrys. quod de-
ducit ab agno paschali. Sicut enim agnus paschalisi ma-
tutus, significabat CHRISTUM MACTANDUM: sic nostra

fractio

fractio Christum M A C T A T V M . Friabile vero tuum est effugium , cum dicere nos multa , pauca probare scribis . Provocamus enim hic ad candidum lectorem , annon præmissæ satis superque demonstrentur ? Quid ergo tu conclusionem rei iis ? tolle primum præmissas , & postmodum descendit ad negationem conclusionis . Tertium tuum , quantum quintum effugium nulla sunt . Sufficit enim nobis hoc quod sciamus significari passionem & mortem Christi . An vero fractionem tantum corporis , an vero fractionem totius compositi , tibi tanquam acutissimo magistro exquirendum & definiendum relinquimus . Sed mortem esse dissolucionem compositi negare non potes .

Thesi vero 44. figis nobis pedem , & pressius agis . Fractio significat immolationem vel propriæ , vel tropice . Non propriæ ergo tropice . Si tropice , significat ergo fractio aut separationem divina & humana naturæ , per passionem & mortem Christi , qna heresis est Nestorii (vere hæc) : aut divisionem in multas partes , sed hoc negat scriptura Iohann . 19. (hoc item vere) aut significat divulsionem animæ a corpore . At repugnant verba institutionis , Hoc est corpus meum Tum communicantium alter accipiet animam , alter corpus . Heu scurrilitatem ! Quando tandem linguam tuam malignam frenabis . Evigilabit aliquid iustus vindex tuorum flagitorum , & pro merito te malabit , nisi ad frugem reversus , seriam egeris poenitentiam . Sic itaque habe . Sacra Scriptura loquente HOC EST CORPVS MEUM , QVOD PRO VOBIS FRANGITUR , & hic est calix sanguinis mei , qui promulgas EFFUNDITVR , loquendum , & eadem tacente , tacendum . Pudeat itaque te Arcessilam , longe plus ipso Deo sapere . Contineto te intra metas Sacre Scripturæ , nec aberrabis .

78. Thes. 45. Rationem nostram s. sic conatur everttere . 6

Si non frangamus de uno pane, non poterimus dicere, quemadmodum unum panis sumus: sic de uno pane participamus. Respondes Panis Coena unus dicitur, non ratione massa sed ratione Sacramentalis usus. r. Impossibilis equidem est massa unitas: sed tamen quantum est possibilis necessaria est. Ratio est, quia unitas massæ, cum unitate usus, fortius significat unitatem fidei, quam sola. Sic factu facile est, ut quisque cœtus integer, de una panis massa partcipet. Imo, Christus ejus rei exemplum nobis præbuit, factentibus Magdeburgensibus Centuriatoribus, & Apostoli quantum fieri potuit idem observarunt. Idem ergo & nos observemus.

46 79. Ultimo dicta patrum & ipsius etiā Lutheri quæ attulimus agunt de communione unius integri panis in multas partes 2. sarta teataque stant contra inanes impetus adversantium. 3. bona fide ex vetustissimis codicibus desumpta 4. judicium & censuram honorum subire non subterfugiunt 5. imprimis Libavii tui quem panici terroris causa nominasti machinationes non curant.

80. Atque hæc à me vero, minime personato (quem tua $\psi\epsilon\upsilon\delta\alpha\omega\zeta\alpha$, salutat) purioris Theologæ & Philosophiæ studio, tibi magno (si Diis placet) Theologo, magno, imo vero majorum gentium Philosopho, responsa sunt. Quod ad argumenta immodestia tuæ, DICTERIORUM, calumniarum & convitiorum tuorum, quibus ne quidem ipse tuo preceptor de de non male merito D. GOCLENIO parcere videris, emblemata attinet, par pari non refero, injuriam injuria exemplo Demosthenis non compensabo: Qui à quodam cōvitijs lacesitus, committor inquit in certamen, in quo qui superior evaserit inferior est, & qui vicerit victus erit. Sed tamen antequam à te abeam, unum abs te requiro, ut si deinceps libeat contra D. Goclenium vel disputare vel scribere: ita tempores pennam & vocem, ne dicaris vio-

lasse

laſſe juramentum tuum, quod ad ſceptra Academie Marburgensis sancte juraſti, antequam renunciareris artium Magister à Cl. viro M. Johanne Hartmanni partem hanc. Ego Casparus Finckius ad communia hujus Academiae ſceptra jure-jurando affirmo, me cum hodiernū hoc beneficium longe maximū, acceperim hujus universitatis ejusq; Professorū laudes ubicunq; terrarum genitum ero, qua decet fide & reverentia prædicaturum, nec usquam ipſorum honori & commodis defuturum. Nihil nunc reliquum eſt, quam ut brevibus quoque repondeatur petulantici carmini Chunradi Bachmanni.

A D C H U N R A D U M B A C H M A N N V M.

 Vo Bachmanne ruis : Bachanti voce manuque
 Auden pium calumniari principem ?
 Auden in fano nimium maledicere versu
 Melsunge patrono tuo atque principi ?
 Scilicet haec pietas & alumno gratia digna
 Hac Christiani vatis est modestia ?
 Conturbatorem Sancti tu dicere coetus
 Auden pium proh impudens os principem ?
 Euicit is nullum, niſi qui ſe euicit ipſe.
 Ne d cito falſum bono de principe.
 Pastores quos dat nobis facis ora luporum,
 Qui ſi nt lupi nullas oves qui de vorant.
 Conſona conciliis de Christo effata tuetur,
 Cessa pium contra praecari principem.
 Integrat ritus quos integrare neceſſe eſt,
 Cessa pium calumniari principem.
 Integrat mutilata Dei sanctissima verba,
 Cessa pio convitari principi.

Nulla quibus vis est ligna erecta amovet alto,
 Cessa pium dammare factum principis,
 Quod si bacchantes miscentesque infera coelis
 Cessare te Furie deinceps non sinunt:
 Est ex urtica tibi nexa corolla: poetis.
 Hec convenit mordacibus, non laurea.

S. Z. T. W.

APPENDIX

Invicta prorsus argumenta quibus probatur FRANGI
cum ait Paulus corpus pro nobis frangitur, non sumi pro
distribui.

Hoc Pauli corpus quod pro vobis frangitur, respon-
det ei quod à Luca dicitur corpus quod pro vobis datur seu
traditur. Traditum autem seu datum est corpus pro nobis
non in mensa, non in cœna, non in pane, sed in cruce. Ergo
etiam fractum est non in mensa non in cœna: sed in cruce.

Verba PRO VOBIS FRANGITUR, non possunt
non respondere illis de sanguine pro vobis effundi-
tur in remissionem peccatorum. Sanguis autem effusus est
non in vino: sed in cruce. Ergo & corpus fractum est non in
pane: sed in cruce.

Quo sensu dicitur sanguis pro nobis fundi, eodem di-
citur corpus pro nobis frangi: sanguis non dicitur pro
nobis fundi hoc sensu, sanguis ad salutem nostram dis-
tribuitur: sed hoc, sanguis vice nostra & ad salutem nostram
effunditur. Ergo etiam corpus non dicitur pro nobis frangi
hoc sensu, corpus vice nostra & ad salutem nostram tradi-
tur & macatur.

Si hic voce FRANGITUR distributio ad esum signifi-
caretur, diceretur vobis frangitur, non pro vobis. Aliud
enim est frangi, tradi, distribui vel dati alicui: aliud frangi

distrī-


distribui tradi vel dari pro aliquo. Sicut aliud est Nobis: Aliud pro nobis cum dicitur Christus natus est nobis mortuus est pro nobis.

AD LECTOREM.

Surrexerunt, candide Lector, prelo iem ferente σοληπτα quadam, sequenti^z ratione emendanda.

Th. 17. l. pen. pro horum l. harum, pro Gult l. & th. 19. lin. 2. p. & verbo l. & verba th. 27. l. 16. pro Synechd. l. & synecd. th. 28. l. 4. p. respondet l. respondes, & sic alibi, que in terza persona disputationi dicta sunt, tanquam in secunda accipito th. 34. 2. pars fit in istum. th. 43. lin. 11. pro den l. dem th. 44. l. 11. p. omnium l. omnium th. 47. l. 10. 2 pro & idete l. audite th. 55. l. 24. pro quo l. quod th. 50. l. 25. p. debet l. debere pag. 37. l. 9. pro & tro l. altero th. 66. pro au. l. aut. th. 71. l. 7. pro ceremonios l. ceremonias th. 80. l. 7. pro de l. te l. 9. p. compensabol. compenso. l. 15. pro iuramentū tuum l. iuramenti sui in carmine l. 1. p. Bachantil l. Bachantil l. 14. p. precari. precari. Si fortassis alia quadam occurrant, illa pro singulari tua humanitate corrigito. Nam & nostri studii sive.





D. B. I. AE.
DECADES QVATVOR
SIONUM METAPHYSICARUM
Metaphysica in genere. 2. De Ente.
3. De Deo. 4. De Angelis.

Quas,
Sanctae Trinitatis Auspicio,
S V B P R A E S I D I O ,
Excellentissimi & Clariissimi
D O M I N I ,
SPARI EBELII,
S, METAPHYSICES AC
illustri Cattorum Academâ, Professoris
celeberrimi, &c. Domini Præceptoris,
Promotoris, omni honoris & amoris
cultu prosequendi.
Publica Disquisitioni submittit
U S PHILIPPUS X J G .
Ad Diem 29. Augusti.
gio Philosophico, horis consuetis.



PVRGI CATTORVM,
PHI DIETERICI HAMPELII,
Academiz Typographi.
M. DC. XLVI

55.

50

50